

ORDINARIVM CARTVSIENSE,

CONTINENS NOVÆ COLLECTIONIS STATVTORUM eiuſdem Ordinis partem primam, in qua de his tractatur quæ ad vniformem modum ac ordinem Diuina celebrandi officia cum eiuſdem cæremoniis in toto Ordine Cartuſienſi faciunt.

LVGDVNI,

Ex Typogr. Claudij Cayne.

M. DC. XLI.

INCIPIVNT CAPITVLA ORdinarij Cartusiensis.

Cap. I.

De diuisione & multiplicitate Diuini officij déque festo solenni.

2 *De festo Capituli.*

3 *De festo duodecim lectionum.*

4 *De octauis & vigiliis festorum præcipuorum.*

5 *De festo trium lectionum.*

4
6 De Dominica.
7 De feria.
8 De translatione festorum, & anticipatione octauarum.
9 De concurrentia festorum.
10 De lectionibus Matutinarũ, & libris diuinis in Ecclesia legendis.
11 De Responsoriis Matutinarum.
12 De commemorationibus post Vesperas & Laudes faciendis.
13 De ordinatione Diuini officij, tã canonici quàm de Beata Maria.
14 De caremoniis in Diuino Officio ad omnes Horas, quando conuentualiter celebrantur, obseruãdis.
15 Quando licet Ecclesiam intrare inter Diuina, vel ab ea exire, & de quibusdam aliis in ea obseruandis.

16 *De ordine & modo legendi Lectiones, & cantandi Responsoria in Matutinis.*

17 *De caremoniis seruandis in Officio diuino quod in cellis dicitur.*

18 *De modo cantandi, & psallendi.*

19 *De Cantoribus chori.*

20 *De Cantore hebdomadario.*

21 *De Emendatore, & libris in Refectorio legendis.*

22 *De Infirmarij officio.*

23 *De officio Sacristæ, déque Vigiliis, & distinctione Horarum, & quando ad Ecclesiã conuenimus.*

24 *De officio Sacerdotis hebdomadarij in horis Canonicis, & de Thurificatione in Laudibus & Vesperis.*

25 De officio Sacerdotis hebdomadarij in cõsecratione aquæ benedictæ, & Horis Missam conuentualem conuentualiter præcedentibus, ac in ipsa Missa vsque ad orationes.

26 De Orationibus, Commemorationibus, & Suffragiis in Missa dicendis, atque aliis vsque ad Canonem.

27 De his quæ in Canone vsque ad Missæ finem, Sacerdoti obseruanda sunt, déque modo Communicandi alios in Missa conuentuali.

28 De Missis ab hebdomadario Sacerdote celebrãdis; & aliis quibusdam ad eum pertinentibus.

29 De officio Diaconi.

30 De

30 *De officio Subdiaconi.*
31 *De cæremoniis conuentualibus in Missa.*
32 *De modo celebrandi Missas priuatim, & de earum Ministris.*
33 *De Sacramentis Eucharistiæ, & Extremæ-vnctionis ægroto conferendis.*
34 *Quomodo tractandus sit qui moritur, & de officio ac sepultura recenter defuncti.*
35 *De variis Officiis defunctorum, & specialiter de Agenda.*
36 *De Tricenariis.*
37 *De Anniuersariis, & priuatis.*
38 *De Missa ordinaria pro Benefactoribus, & aliis precibus pro eisdem dici solitis.*
39 *De Monachatibus.*

40 *De Breuibus.*

41 *De precibus generalibus & specialibus.*

42 *De quibusdam Officiis defunctorum generalibus.*

43 *Quæ suffragia ex statuto debeantur singulis personis Ordinis postquàm diem obierunt.*

44 *De Aduentu Domini, & Festis in eo occurrentibus, ac ieiuniis temporalibus.*

45 *De Natiuitate Domini & ipsius Octauis, atque reliquo tempore interiecto ad Apparitionem vsque.*

46 *De Epiphania Domini eiúsque Octauis, & Festis vsque ad Septuagesimam.*

47 *De Septuagesima & inde reliquo*

quo

quo temporis ſpatio ad Quadrageſimam vſque.

48 *De Quadrageſima & ieiuniis temporalibus in ea occurrentibus, déque reliquo tempore, ac Feſtis vſque ad Cænam Domini.*

49 *De Cæna Domini duobúſque diebus ſequentibus,*

50 *De die ſancto Paſchæ ipſiúſque Octauis, ac reliquo cum Feſtis occurrentibus tempore vſque ad Aſcenſionis vigiliam.*

51 *De Miſsis in triduo Capituli generalis & in electione Prioris.*

52 *De Rogationibus, & Aſcenſione, & toto tempore vſque ad Pentecoſten.*

53 *De die Pentecoſtes, ipſius Octauis, & reliquo tempore cum Do-*

minicis vsque ad Aduentum, ac aliis Solennitatibus & Festis vsque ad Assumptionem matris Domini.

54 *De Assumptione genitricis Dei, eiusque Octauis, & aliis Festis vsque ad Domini Aduentum occurrentibus.*

55 *De multiplici modo absoluendi pro diuersitate Confessariorum & materiarum, atque aliis precandi formulis quibus Ordo noster vtitur.*

INCIPIT ORDINARIVM CARTVSIENSE,

CONTINENS NOVÆ COLLEctionis Statutorum eiusdem Ordinis partem primam, in qua de his tractatur quæ ad vniformem modum, ac ordinem Diuina celebrandi officia cum eisdem cæremoniis in toto Ordine Cartusiensi faciunt.

De diuisione, & multiplicitate Diuini Officij, déque Festo solenni.

CAPITVLVM I.

1 OFFICIVM canonicum quotidie fit aut Festiuale, aut Temporale. Porrò Festiualis officij

officij quatuor ſunt genera , quæ diuerſo modo diuersóque celebrantur ordine. Quorum tria,duodecim Lectiones ſigillatim habent: & quartum tres dumtaxat.Ex feſtis duodecim Lectiones habentibus, vnum Solenne ſeu candelarum, aliud autem Capituli: Tertium verò duodecim Lectionum feſtum vocamus. Temporale autem officium: aut eſt Dominicale, aut Feriale.

2 Feſtum ſolenne celebratur cum capitulo & refectorio, & in eo quatuor candelæ ſeu cerei accenduntur ad vtraſque Veſperas, Matutinas, & Laudes: vnde etiam feſtum candelarum vocatur. Thus etiam in eo adoletur in vtriſque Veſperis & Laudibus. Habet autem totum officium integrum, incipiendo à primis Veſperis vſque ad Completorium ſequentis diei

inclu

inclusiuè, nisi impediatur per concurrentiam alterius festi solennis, de qua dicetur infrà cap. 9. n. 2. excepta Solennitate Compassionis gloriosissimæ semper Virginis Mariæ, vt suo habetur loco. cap. 48. n. 13.

3 Ad primas autem eius Vesperas vnam tantùm dicimus Antiphonam super Psalmos feriales: etiam si eodem die festum Capituli, aut duodecim Lectionum celebretur, exceptis duabus septimanis Paschæ & Pentecostes, in quibus Psalmi Dominicales semper ad prædictas Vesperas dicuntur: quamuis Annunciatio Dominica, aut Dedicatio Ecclesiæ in illis contingat. Excipiuntur etiam solennitates sanctorum Stephani, Ioannis Euangelistæ, & Innocentum: de quibus in primis Vesperis fit tantùm commemoratio.

4 Ma

4 Magnum etiam Reſponſoriũ ad primas Veſperas in omni Solennitate dicitur, (excepta Circuncisione Domini) & Inuitatoria, Hymni, Pſalmi ad Matutinas & ad Laudes, Lectiones, Reſponſoria, Verſus, Antiphonæ, & cætera omnia in ipſis Veſperis, Matutinis, Laudibus, & cæteris Horis de ſolennitate dicuntur: & cantus eſt ſolennis.

5 Solennitates autem ſunt hæ. Natiuitas Domini, Circumciſio, Epiphania, Paſcha, Aſcenſio, Pentecoſte, feſta ſanctiſſimæ Trinitatis, Euchariſtiæ, & Transfigurationis Domini, ſanctiſſimi Nominis Ieſu, Purificatio, Annunciatio, Compaſſio, Viſitatio, Aſſumptio, Natiuitas, Præſentatio, & Conceptio beatiſſimæ Virginis Mariæ, feſta ſanctorum Stephani, Ioannis Apoſtoli, & Innocentum, feſta ſanctorum

ctorum Ioseph, & Benedicti, Inuentionis sanctæ Crucis, Natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ, Petri & Pauli, Magdalenæ, Annæ, Exaltationis sanctæ Crucis, sancti Michaëlis, sancti Patris nostri Brunonis, Omnium sanctorum, Reliquiarum, sancti Hugonis Lincolniensis, & Dedicationis Ecclesiæ.

6 Feriis, secunda, tertia & quarta post Pascha & Pentecosten Vesperæ solemniter celebrantur cum quatuor cereis: sed ad Matutinas habentur tantùm tres lectiones & duo Nocturna, & ad Laudes etiam quatuor cerei accenduntur.

De

De feſto Capituli.

CAP. II.

1 FESTVM Capituli caret candelarum & cantus ſolēnitate, Capitulum dumtaxat & Refectorium habens, cantantúrque in eo Hymni dominicaliter.

2 Huius feſti officium incipit à Capitulo primarum Veſperarum incluſiuè, & vſque ad Completorium ſequentis diei incluſiuè durat: niſi propter concurrentiam alterius feſti aliter ſit faciendum, prout infrà dicetur. cap. 9. num. 3. 4. & 5. Quod quidem Capitulum in ipſis Veſperis, Reſponſorium paruum, Hymni, Pſalmi, Verſus, Lectiones, Reſponſoria, & cætera omnia in Matutinis, Laudibus, Horis, & ſecundis

cundis Vesperis sunt de festo. Magnum Responsorium ad primas Vesperas huius festi non dicimus: excepto festo sanctorum Philippi & Iacobi.

3 Festa autem Capituli in toto ordine celebranda sunt hæc. Sancti Antonij Abbatis, Vincētij martyris, Conuersionis sancti Pauli, Agathæ virginis, Matthiæ Apostoli, Thomæ de Aquino, Gregorij Papæ, Marci Euangelistæ, Philippi & Iacobi Apostolorum, Barnabæ Apostoli, Iacobi Apostoli, Laurentij Martyris, Bernardi Abbatis, Bartholomæi Apostoli, Augustini Episcopi, Decollationis sancti Ioannis Baptistæ, Matthæi Apostoli, Hieronymi Presbyteri, Lucæ Euangelistæ, Vndecim millium Virginum, Simonis & Iudæ Apostolorum, sancti Martini Episcopi & Confessoris, Catharinæ virginis &

Martyris, Andreæ Apoſtoli, Ambroſij Epiſcopi, & Thomæ Apoſtoli.

4 Præter hæc feſta, volumus ea coli à noſtris quæ ſacra Concilia ſtatuunt colenda eſſe. Quapropter ab operibus manuum ceſſare debemus in omni feſto quod per Diœceſim in qua domus Ordinis ſita eſt, feſtiuè celebratur: etiãſi apud nos non fuerit Feſtum Capituli, ſed feſtum duodecim Lectionum tantùm, aut trium, aut etiam nullum. Propter alia verò feſta etiã duodecim Lectionum à prædictis operibus non ceſſamus. Occurrente etiam feſto Ciuitatis vel Diœceſis, in qua ſunt domus Ordinis, dicatur Miſſa de eodẽ feſto in Conuentu poſt Miſſas priuatas, in domibus ad quas ſeculares de facili poſſunt conuenire.

5 Permittimus etiam ſingulis

domibus

domibus alia festa cum Capitulo aut etiam solēniter celebrare: quæ ex antiqua consuetudine, vel de speciali concessione, cum Capitulo aut solenniter hactenus celebrauerunt.

De Festo duodecim Lectionum.

Cap. III.

1 Festvm duodecim Lectionum simpliciter, illud vocamus: quod sine Capitulo & refectorio celebratur. Officium verò huius festi per omnia simile est officio festi Capituli, nisi quòd Matutinæ, Laudes & Vesperæ eius in Conuentu dicuntur: cæteræ Horæ in cellis.

2 Festa autem duodecim Lectionum hæc sunt. Dies octaua Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis

Christi, Natiuitatis, Visitationis, & Assumptionis gloriosissimæ Virginis, Festa Sanctorum, Agnetis, Ioachim Confessoris, Hugonis Episcopi Gratianopolitani, Francisci de Paula Confessoris, Petri Martyris, Antonij de Padua Confessoris, Ioannis & Pauli Martyrum, Anthelmi Episcopi, Dies octaua S. Ioannis Baptistæ, Commemoratio sancti Pauli, Dies octaua sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, Bonauenturæ Episcopi & Doctoris Ecclesiæ, Petri ad vincula, Dominici Confessoris, Ludouici Confessoris, Stephani Episcopi, Nicolai de Tolentino Confessoris, Ianuarij & Sociorum eius, Mauritij & Sociorum eius, Francisci Confessoris, Dionysij & Sociorum eius, Dies octaua sancti Patris nostri Brunonis, Clementis Papæ & Martyris, Nicolai Episcopi, Thomæ Episcopi

pi & Martyris. Et quæcumque festa Capituli transferri contigerit, in rationem & ordinem transeunt festi duodecim Lectionum.

3 Notandum insuper quòd si festum alicuius Apostoli duodecim Lectionum, siue Capituli occurrat vnam tantùm habens orationem propriam, ipsa quidem oratio ad vtrasque Vesperas, & ad Matutinum post Euangelium, & ad Laudes, & Tertiam dicitur. Ad Sextam verò, oratio, Exaudi nos Deus: & ad Nonam oratio, Protege Domine, de communibus Apostolorum. Quòd si nullam orationem habeat propriam, sumantur orationes de communi officio.

4 Et si alicuius Martyris, vel plurimorum Martyrum, aut vnius Confessoris Episcopi, vel non Episcopi, aut vnius Virginis, duodecim Lectionum festum, vnam tantùm

habeat propriam orationem:ipſam ad vtraſque Veſperas:& poſt Euangelium, & ad Laudes, & Tertiam dicimus. Ad Sextam primam de communibus:& ad Nonam ſecundam de eiſdem. Si verò nullam propriam habeat orationem, prima quidem de communibus ad vtraſque Veſperas, poſt Euangelium, & ad Laudes, & ad Tertiam dicitur: Secunda verò, ad Sextam & Nonam.

De Octauis & Vigiliis Feſtorum præcipuorum.

Cap. IV.

1 PRæcipua quædam Feſta celebrantur cum Octauis. Sunt autem Octauarum tres differen

differentiæ, aliæ enim ſunt ſolennes, aliæ feſtiuales, aliæ ſimplici Octaua ſunt contentæ.

2 Solennes octauæ ſunt, Natalis Domini, Paſchæ, & Petencoſtes, intra quas vſque ad Octauam diem incluſiuè hymnos ſolenniter cantamus, & de ipſis Octauis totum Officium quotidie facimus: niſi Feſtum aliquod duodecim Lectionum impediat, de quo ſit infra has Octauas celebrandum, quamquam infra Octauas Paſchæ, & Pentecoſtes de nullo Feſto occurrente fiat Officium, niſi de Annunciatione Dominica, aut Dedicatione Eccleſiæ.

3 Feſtiuales Octauæ ſunt: Epiphaniæ, Aſcenſionis, Corporis Dominici, Viſitationis, Aſſumptionis, & Natiuitatis beatiſſimæ Virginis Mariæ: Sancti Ioannis Baptiſtæ, Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pau-

li,& Sancti Patris nostri Brunonis: infra quas Officium quidem totum de ipsis Octauis fit, nisi occurrat Festum duodecim Lectionum: sed Hymni dominicaliter cantantur. Verumtamen infra has Octauas nec genua flectimus, nec Miserere mei dicimus, nec de Festo trium Lectionum aliquid præter commemorationem ad Vesperas & Laudes facimus: vnde festiuales dicuntur: & Octaua die Festum duodecim Lectionum facimus.

4 Porrò octauæ simplici Octaua contentæ sunt, Octauæ sanctorum Stephani, Ioannis, & Innocentum, de quibus infra Octauas earum nulla fit commemoratio: sed die tantùm Octaua fit de illis Festum trium Lectionũ cum Missa propria.

5 Præcipua etiam quædam festa habent vigiliam. Porrò inter vigilias, primum & præcipuum locum obtinet

obtinet vigilia Natalis Domini: cuius officium incipit à laudibus, & solenniter cantatur. Quòd si in Dominica euenerit, in ipsa etiam fit: & incipit à versiculo tertij nocturni qui ante Lectiones dicitur.

6 Secundum locum inter Vigilias tenent Vigiliæ Paschæ & Pentecostes, post quas sequuntur Vigiliæ Ascensionis Domini, Assumptionis gloriosissimæ Virginis, sancti Ioannis Baptistæ, Apostolorum Petri & Pauli, & Omnium Sanctorum: quæ nullum habent Officium præter Missas proprias, de quibus suo loco tractatur.

7 Postremum locum inter Vigilias obtinent Vigiliæ sanctorum Matthiæ, Iacobi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Iudæ, Andreæ, & Thomæ Apostolorum, & sancti Laurentij Martyris, quæ nec Officium nec Missas habent

 propriás,

proprias, ſed Commemorationes tantùm in aliis Miſſis, vt infrà dicetur, cap.26.num.5.

De Feſto trium Lectionum.

Cap. V.

1 Officium Feſti trium Lectionũ incipit in primis Veſperis à Capitulo, niſi maiori Feſto impediatur: & terminatur ad Sextam incluſiuè. In hoc Feſto omnes Hymni ad omnes Horas, & Pſalmi ad vtrunque Nocturnũ cum ſuis Antiphonis dicuntur de tempore ſeu de Feria: Lectiones de ſacra Scriptura tunc currente. Inuitatorium verò, Verſiculi, Reſponſoria magna & parua, Pſalmi & Antiphonæ

næ Laudum & cæterarum Horarum vsque ad Sextam inclusiuè, cum Orationibus ad omnes Horas de Festo dicuntur: & de communi Sanctorum sumuntur, nisi propriũ aliquid habeatur. Hora Sexta persoluta, de festo trium Lectionum nihil ampliùs fit.

2 Si huiusmodi Festum propriam Orationem habeat, dicimus eam in Vesperis, Nocturno, Laudibus, & ad Tertiam: ad Sextam verò dicimus primam Orationem de communibus. Si non habeat propriã, dicimus primam de communibus ad Vesperas, Laudes & Tertiam: secundam verò ad Nocturnum & Sextam, & hæc intelligenda sunt quando nihil speciale ponitur. Quòd si vna ex communibus Orationibus sit tali Festo appropriata, illa dicitur ad Vesperas, Nocturnum, Laudes, & Tertiam:

&

& altera ad Sextam tantùm.

3 Porrò primum Capitulum de communi Sanctorum in Festo trium Lectionum, dicitur ad Vesperas & Tertiam: secundum Capitulum dicitur ad Nocturnum & Sextam: & tertium ad Laudes.

4 Facimus autem Festum trium Lectionum, quoties in Kalendario occurrit nomē alicuius Sancti, de quo non exprimitur quòd sit Festum solenne, vel Capituli, vel duodecim Lectionū: vel quòd de eo sola commemoratio fit. Verumtamen sæpiùs impeditur Officium trium Lectionum propter occurrens aliud Festum, vel Octauas: vt infrà dicetur, cap. 12. n. 13. & cap. 9. n. 7. de Commemorationibus & concurrentia Festorum.

De Dominica.

Cap. VI.

1 Fficivm Dominicale incipit à primis Veſperis in Sabbato,& durat vſque ad Completorium Dominicæ incluſiuè : niſi per aliud Feſtũ occurrens impediatur.

2 Oratio autem eius propria, dicitur Sabbato ad Veſperas, & Dominica ad Matutinas poſt Euãgelium, ad Laudes, & Tertiam, & ad ſecundas Veſperas. Inuitatoria, Hymni, Pſalmi, Antiphonæ, Verſiculi, & Capitula, tam ad Nocturna, quàm ad Laudes & cæteras Horas, recipienda ſunt ex Pſalterio : niſi quando aliqua ex his certis temporibus propria habentur ſuis locis expreſſa. Lectiones

nes verò Reſponſoria, & quædam Antiphonæ, ac Orationes quæ deſunt in Pſalterio, repetenda ſunt ex proprio Officio de tempore. Cætera fiunt ſicut in Capituli feſtis. Siquidem Dominicale Officium celebratur cum duodecim Lectionibus, tribus Nocturnis: Capitulo, & Refectorio.

3 Fit autem Dominicale Officium in omnibus Dominicis Aduentus & à Septuageſima vſque ad Octauas Paſchæ incluſiuè: niſi ocurrat Vigilia Natalis Domini, aut Purificatio Beatiſſimæ ſemper Virginis, de quibus infrà ſuo loco dicetur, cap. 44. n. 17. & cap. 46. num. 10.

4 De Dominica occurrente à die Natalis Domini vſque ad feſtum ſancti Thomæ Martyris incluſiuè, nihil prorſus fit.

5 De Dominicis occurrentibus infra

infra Octauas Epiphaniæ, Ascensionis Domini, & duobus diebus post Festum sancti Thomæ Martyris infra Octauas Natalis Domini: Dominicale Officium fit quoad Euangelium, Orationem propriam & Antiphonas ad Magnificat & Benedictus. Cætera fiunt de Octauis: & in primis Vesperis dictarum Dominicarum fit tantùm Commemoratio de Dominica.

6 Verumtamen quando Octaua Epiphaniæ, Feria secunda vel tertia occurrens, anticipatur Sabbato præcedenti propter Responsoria, Domine ne in ira, inchoanda, de Dominica infra easdem Octauas nihil omnino fit: tunc enim vacat.

7 De Dominicis verò occurrentibus infra Octauas Corporis Domini, Visitationis, Assumptionis, & Natiuitatis beatissimæ Virginis Mariæ, sancti Ioannis Baptistæ, SS.

Aposto

Apostolorum Petri & Pauli, & sancti Patris nostri Brunonis: fit sola Commemoratio ad vtrasque Vesperas, Laudes, & Missam.

8 Similiter quoties in cæteris totius anni Dominicis ab his quæ hîc expressæ sunt occurrit Festum duodecim Lectionum, fit de Dominica sola Commemoratio ad vtrasque Vesperas, Laudes, & Missam: nisi propter inchoanda noua Responsoria aliter ordinetur, vt infrà cap. 11. n. 1. & 2.

9 De Dominicis autem vacantibus aliquando ante Septuagesimam vel Aduentum: nihil omnino fit in Laudibus vel Vesperis.

De Feria.

CAP. VII.

1 OFFICIVM de Feria fit per totũ annum, quoties, nec de Dominica, nec de Festo aliquo duodecim, vel trium Lectionum, nec de Octauis alicuius Festi celebratur. Et ibi Feriale Officium incipit, vbi præcedentis Festi Officium desinit: Terminatur autem, vbi subsequentis Festi vel diei Officium incipit. Et quando plures dies Feriales continuè sibi succedunt, Officium sequens incipit à Matutinis, & durat vsque ad Completorium inclusiuè.

2 Officium Feriale, sicut & Dominicale, ordinatè ponitur in Psal-

terio; cum Inuitatoriis, Hymnis, Antiphonis, Psalmis, Versiculis, paruis Lectionibus & Responsoriis: Capitulis & Orationibus ad Nocturnum. Psalmi etiam ad Laudes proprij, cum suis Antiphonis, Capitulo, Hymno, Versiculo, & Antiphona ad Benedictus, ibidem ponuntur.

3 Orationes ad Laudes & Vesperas ex Dominica precedenti petuntur: nisi aliter exprimatur. Lectiones maiores ex sacra Scriptura, & Responsoria magna post eas, habentur in proprio Officio de Tempore. Inuitatoria etiam, Hymni, Capitula, Versus, breuia Responsoria, & Antiphonæ, quæ diuersis temporibus ponuntur in proprio Officio, dicuntur loco eorum quæ sunt in Psalterio.

De Translatione festorum atque anticipatione octauarum.

CAP. VIII.

1 ANNVNCIATIO Dominica quãdo occurrit in aliqua Dominica Quadragesimæ: transfertur ad primum diem vacãtem. Quando verò à die Cœnæ Domini inclusiuè, vsque ad Feriam quartam infra octauas Paschæ contingit: transfertur ad Feriam quintam infra octauas, vel ad alium diem post octauas, prout in qualibet Diœcesi ordinatum fuerit, cui domus Ordinis in ea sitæ, se quo ad hoc conformare debebunt.

2 Compassio beatissimæ semper Virginis Mariæ, quando in ea An-

nunciatio Domini occurrit, transfertur ad feriã secundam post Dominicam Palmarum, sicut habetur infrà, cap.48. num.14.

3 Festa sanctorum Ioseph & Benedicti, quando in aliqua Dominica Quadragesimę occurrunt, transferũtur ad diem primò vacantem.

4 Inuentio sanctæ Crucis si contingat in Ascẽsione Domini, transfertur ad feriam sextam sequẽtem.

5 Festum S. Ioannis Baptistæ, si contingat in festo Corporis Christi, transfertur ad feriam sextam sequentem.

6 Conceptio gloriosissimæ Virginis, quando contingit in Dominica aliqua Aduentus, transfertur ad feriam primò vacantem.

7 Dedicatio Ecclesiæ quando transferri debeat, infrà suo loco dicetur, cap.54. num.19.

8 Cæterùm quandocunque festũ aliquod

quod ſolenne transfertur, id fit
n plena ſolennitate,hoc eſt cum
ndelis, Capitulo & Refectorio,
oad Monachos tantùm. Feſtum
ò Annunciationis tranſlatum,
omnibus ſolenniter celebratur.
ſi contingat aliqua feſta tranſla-
per Diœceſim feſtiuè coli, ceſſa-
debent noſtri Conuerſi ab ope-
us, & Eccleſiam frequentare.
9 Feſta Capituli & duodecim
ctionum transferuntur quoties
currunt in aliqua Dominica Ad-
ntus, vel in aliqua Dominica à
ptuageſima vſque ad octauam
chæ,aut à die Cœnæ vſque poſt
auam Paſchæ, aut infra octauas
ntecoſtes, aut in die alicuius ſo-
nitatis, vel feſti dignioris, aut in
ua Dominica in qua ſunt in-
anda Reſponſoria, quæ non
ſunt in alia ſequenti Dominica
.

10 Quando autem plura festa Capituli, vel duodecim Lectionum simul transferuntur, digniora in primis celebrantur: vt putà, si primò euenerit festum simplex duodecim Lectionum, & postea festum Capituli, & contingat ambo transferri, priùs fiet de festo Capituli, licèt posteriùs euenerit. Similiter si duo festa Capituli, vel duodecim Lectionum eodem die cõtingant, officium fiet de digniori, seu maiori: & quod minus est, transferetur. Si verò festa quæ transferuntur, fuerint æqualia: tunc eo ordine celebrantur quo euenerunt. Porrò festa Capituli quoties transferuntur, sine Capitulo & Refectorio id fit: & sicut festa duodecim Lectionum simplicia, celebrantur.

11 Dies octaua Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis Christi, Visitationis, Assumptionis, & Natiuitatis

tiſſimæ Mariæ, ſancti Ioannis
ptiſtæ, SS. Apoſtolorum Petri
Pauli,& Sancti Patris noſtri Bru-
nis, propter eaſdem cauſas, pro
bus dictum eſt n.9. feſta duode-
n Lectionum transferri, antici-
tur die præcedenti, & num-
m transferuntur.

2 Quando propter feſtum Cor-
is Chriſti, feſtum ſancti Ioannis
ul occurrens, ad Feriam ſextam
nsfertur, octaua ſancti Ioannis
n transfertur ad feriam ſextam
uentem:ſed feria quinta ſequen-
uæ eſt octaua Corporis Chriſti,
ea fit commemoratio tantùm
vtriſque Veſperis & Laudibus:
dicetur Miſſa de ipſis octauis
cti Ioannis in priuato.

3 Idem ſeruari debet quoties
tum aliquod habens octauam
nsfertur, vt non ideò eius octa-
transferatur, ſed ſuo die aut ce-

lebretur, aut per ſolam commemorationem tranſeat, ſi anticipari non poſſit.

14 De feſtis quæ transferuntur, nulla prorſus fit commemoratio, donec eorum officium inchoetur: ſi tamen ſimul cum illis occurrat commemoratio Sancti alicuius, illa fiet eo die quo occurrit: & in die quo de feſto tranſlato fit officium, nihil ampliùs de prædicta commemoratione fiet.

15 Feſtum trium Lectionum numquam transfertur: ſed ſi propter Dominicam, vel feſtum aliquod duodecim Lectionum, vel octauas aliquas, officium de eo fieri non poteſt, fit de eo tantùm commemoratio ad primas Veſperas, Laudes, & Miſſam. Quòd ſi venerit in diebus, in quibus de tali feſto nulla fit commemoratio: eo anno nihil fiet de eo ampliùs.

De concurrentia Festorum.

Cap. IX.

Concvrrentia Festorum attendenda est semper in secundis Vesperis, sciatur quomodo sit ordinanm officium, cùm sequenti die. que cùm dicitur aliquod festum m alio concurrere, intelligitur præcedenti festo in secundis esperis, cum sequenti in primis esperis.

2 Solennitate igitur in secundis esperis concurrente cum alia seenti solennitate, regulariter de ima fit vsque ad Capitulum: & Capitulo inclusiuè de secunda, m commemoratione præceden-, exceptis solennitatibus sancto-

rum Stephani, Ioannis, & Innocentum, vt ſuprà dictum eſt, cap. 1. n. 3.

3 Quòd ſi Solennitas concurrat cum ſequenti feſto Capituli, vel duodecim Lectionum tantùm, vel cum Dominica, etiam in qua noua Reſponſoria ſunt inchoanda, omnia in ſecundis Veſperis Solennitatis, fiunt de ipſa Solennitate, & de ſequenti feſto, vel Dominica, fit ſola commemoratio. Excipitur Compaſſio glorioſiſſimæ Virginis, de qua ſuo loco dicitur, c. 48. n. 13.

4 Si Dominica quælibet non ſolennis, aut feſtum Capituli, vel duodecim Lectionum, concurrat cum ſequenti ſolennitate, in ſecundis Veſperis illius Dominicæ, vel feſti totum officium fit de Solennitate cum commemoratione Dominicæ vel feſti: excepta Dominica contingente in vigilia Natalis Domini, de qua in ſecundis Veſperis

psius vigiliæ nulla fit comme-
ratio.

Si autem Dominica vel festum
pituli, seu duodecim Lectio-
n, concurrat cum sequenti festo
odecim Lectionum non solen-
n secundis ipsius Vesperis à Ca-
ulo, & deinceps fit de festo se-
enti, cum commemoratione
ecedentis.

De Dominicis infra octauas
currentibus dictum est Capitulo
Dominica, quomodo in eis sit
dinandum officium.

Festum trium Lectionum oc-
rrens post aliquod festum duo-
cim Lectionum, aut Domini-
m, solam habet commemoratio-
m ad primas Vesperas: sed se-
ēti die suum habet officium, nisi
pediatur, provt suprà dictum est,
p.8.n.14. & cap.5.n.4.

De

De lectionibus Matutinarum, & Diuinis libris in Ecclesia legendis.

CAP. X.

1 OMNIBVS diebus duodecim Lectiones habentibus siue festiuis, siue Dominicis, quatuor postremæ Lectiones semper sunt de homilia sacrosancti Euangelij.

2 Omnibus etiam festiuis diebus duodecim Lectionum, octo priores Lectiones sunt de sermone, seu tractatu alicuius Ecclesiastici Doctoris: exceptis festis quibusdam illas habentibus ex sacra Scriptura, vel partim ex ipsa, partim ex Doctoribus.

3 Similiter in vigilia Natalis Domini, quando non accidit in Domi

Dominica, & Dominicis, ac singu-
s diebus infra octauas Natalis
Domini, Paschæ, Pentecostes, Eu-
haristiæ, & Assumptionis glorio-
ssimæ Virginis Mariæ, omnes
ctiones sunt propriæ: Sicuti Do-
inicis etiam infra octauas Epi-
haniæ,& Ascensionis,& in octauis
aschæ. Cæteræ totius anni Domi-
cæ, in quibus non fit officium
aliquo festo duodecim Lectio-
um, illas priores lectiones habent
sacris Bibliis, quemadmodum
cæteri dies trium Lectionum.

4 Sunt autem Diuini libri in
ficio canonico legendi ad hunc
odum. Prima Dominica Aduen-
s Isaiam incipimus, vsque ad vi-
iam Natalis Domini,eo cōtenti.

5 Sic ab octauis sancti Stephani
que ad Septuagesimam, beati
uli Epistolis vtimur. A Septua-
sima vsque ad Dominicam de
Passione,

Paſſione, libris Geneſis, Exodi, Leuitici, Numerorum, & Deuteronomij, Ioſue, Iudicum, & Ruth. A Dominica de Paſſione vſque ad Cœnam Domini, Hieremia cum Baruch. Threnos autem ipſius in triduo ante Paſcha perficimus.

6 Actus Apoſtolorum Feria ſecunda poſt octauas Paſchæ incipimus, eóſque tribus hebdomadibus: Canonicas verò Epiſtolas exinde vſque ad Aſcenſionem, & ab Aſcenſione vſque ad Pentecoſten Apocalypſim tantummodo perlegimus.

7 Poſt octauas Pentecoſtes, primo die quo feſtum trium Lectionum occurrit, libros Regum incipimus. Quòd ſi huiuſmodi feſtum non occurrat per illam hebdomadam, eoſdem libros ſequenti Dominica, quæ eſt infra octauas Corporis Chriſti inchoamus in Refectorio

fectorio: & proſequimur in feſtis
trium Lectionum poſtea occurren-
ibus vſque ad Dominicam pro-
inquiorem kalendis Auguſti.

8 A Dominica propinquiori ka-
ēdis Auguſti ad Dominicam pro-
inquiorem kalendis Septembris,
'arabolas Salomonis, & Eccleſia-
ten, librum Sapientiæ, & de Ec-
leſiaſtico, quantum tempus per-
nittit, legimus. Canticum verò
anticorū legitur totum in Aſſum-
tione, & Natiuitate glorioſiſſimæ
emper virginis Mariæ: & die octa-
a earumdem ſolennitatum.

9 A Dominica propinquiori
alendis Septembris, Iob tribus
ebdomadibus, quando ipſe Ka-
ndæ feria teria, vel quarta contin-
unt, alioqui duabus eum legimus
ptimanis, ac duabus ſequentibus,
hobiam, Iudith, & Heſter.

10 A Dominica propinquiori
kalendis

Kalendis Octobris, vſque ad Dominicam propinquiorem Kalendis Nouembris: Machabæorum libros.

11 A Dominica própinquiori Kalendis Nouembris, vſque ad primam Dominicam Aduentus: Ezechielē & duodecim minores Prophetas. Quòd ſi Dominica in ipſis Kalendis contigerit: tunc incipitur Ezechiel in Refectorio. Similiter quandocumque feſtum duodecim Lectionum occurrit in Dominica, in qua hiſtoria eſt incipienda, ſi de feſto fiat officium: ipſa hiſtoria eodem die incipitur in Refectorio.

12 Ex prædictis libris, Deuteronomium, liber Ioſue, Iudicum, & Ruth, Iſaias, duodecim minores Prophetæ, Epiſtolæ beati Pauli, Actus Apoſtolorum, Epiſtolæ canonicæ in Eccleſia ex integro leguntur: exceptis terminationibus quę propter feſta duodecim lectionum

num occurrentia, intermittuntur, vel ob paucitatem dierum quibus legi ſolent, ſuperſunt: Illæ enim in Refectorio recuperantur.

13 Libri autem Geneſeos, Exodi, Leuitici, Numerorum, Regum, Prouerbiorum, Eccleſiaſtes, Sapiētiæ, Eccleſiaſticus, Iob, Tobiæ, Iudith, Heſter, & Machabæorum, & Apocalypſis partim in Refectorio, partim in Eccleſia leguntur: & ſimiliter terminationes eorum certis feriis aſſignatę, ſi propter feſtum occurrens in Eccleſia non legantur, in Refectorio recuperantur.

14 At quatuor ſacroſancta Euangelia, quamuis per annum in Eccleſia & conuentuali officio abſoluantur fermè, volumus tamen eadem (exceptis Paſſionibus, & ſermone qui legitur in Cœna Domini ad mandatum) relegi in clauſtro, poſt Nonam, diebus Capituli, à Paſcha

D vſque

vſque ad feſtum omnium Sanctorum.

De Reſponſoriis Matutinarum.

Cap. XI.

1 DE Reſponſoriis verò quæ poſt lectiones Matutinarum leguntur, hoc ſciendum, quòd quæ de libris Regum, Salomonis, Iob, Tobiæ, Iudith, Heſter, & Machabæorum ſumuntur: diebus tantùm Dominicis & nō ferialibus dicenda ſunt. Vnde ſi in Dominica illis inchoandis propria feſtum duodecim lectionum occurrat celebrandum, differuntur in Dominicam huiuſmodi feſto vacantem.

2 Quòd ſi ante tempus quo alia hiſtoria inchoari debet, nulla reſtaret Dominica tali feſto vacans, tunc

tunc reſponſoria eſſent incipienda in illa Dominica, in qua hiſtoria incipitur : & feſtum illud occurrens in alium diem transferri deberet. Excipiuntur Dominicæ contingentes in feſto Exaltationis ſanctæ Crucis, vel in octauis Natiuitatis beatiſſimæ Virginis: in quibus inchoatur quidem hiſtoria Tobiæ in Refectorio, ſed eius Reſponſoria differuntur ad ſequentem Dominicam: licèt in ea feſtum duodecim lectionum occurrat, quod propterea transfertur.

3 Reſponſoria verò Dominicalia à Dominica propinquiori Kalendis Nouembris vſque ad octauas Pentecoſtes, dicũtur intra hebdomadam, nullo occurrente feſto de quo fiat officium. Et ſi propter occurrens feſtũ duodecim Lectionum in ea Dominica in qua erant nchoanda, non poſſunt inchoari

ſemper prima die, quæ infra hebdomadam ſine feſto occurrit, inchoantur: & tunc in ſequenti Sabbato non dicitur magnum Reſponſorium.

4 Quoties etiam ipſa Reſponſoria repetuntur in Dominica, toties intra hebdomadam, quando primò poſteà ſunt dicenda, à capite rurſus incipiuntur. Quod non fit, quando in Dominica occurrit feſtum duodecim Lectionum, de quo celebratur: tunc enim Reſpōſoria Dominicalia intra hebdomadam ab eo loco, in quo hebdomada præcedenti intermiſſa fuerant, continuantur.

5 Cæterùm de iſtis Dominicalibus Reſponſoriis, quæ à Dominica propinquiori Kalendis Nouembris vſque ad Pentecoſten cantantur, quarta, octaua, & duodecima quæ mutuantur, intra hebdomadam

domadam reticentur.

6 Excipiuntur à prædictis Dominicis, Dominicæ occurrentes inter Epiphaniam & Septuagesimam, quarum Responsoria non dicuntur intra hebdomadam: sed inchoantur in Dominica, quæ prima post Epiphaniam sine festo duodecim lectionum occurrit.

7 Ferialibus autem diebus, propria Responsoria de Psalterio sunt eodem tempore deputata.

8 Notandum insuper quòd omni tempore, quando noua Responsoria in aliqua Dominica incipiuntur, quæ non fuerunt antè dicta, in Vesperis Sabbati præcedentis magnum cantamus Responsorium, scilicet secundum ex Dominicalibus: nisi sit festum Candelarum in dicto Sabbato, de quo Vesperæ ex integro sint cantandæ. In Sabbato, tamen quod Dominicæ palmarum

iungitur, cantamus vltimum Responſorium de Matutinis, & non ſecundum.

9 Sciendum inſuper quòd omnia feſta duodecim lectionum vel trium, & octauæ feſtiuales habent Reſponſoria feſto conuenientia: & quoties reſponſoria ſolennitatum Natalis Domini, Epiphaniæ, Aſcenſionis, Corporis Chriſti, Viſitationis, Aſſumptionis, Natiuitatis beatiſſimæ Virginis, Sancti Ioannis Baptiſtæ, & ſancti Patris noſtri Brunonis, dicuntur cum duodecim Lectionibus: toties repetuntur à principio poſtea, quoties cum tribus lectionibus rurſus incipi debent.

10 Reſponſoria verò quæ in feſtis trium Lectionum intra hebdomadam occurrentibus de communi Sanctorum ſunt dicenda, licèt in præcedenti feſto duodecim

Lectio

Lectionum dicta fuerint:non tamē rurſus incipiuntur, ſed ſemper ea dicuntur quæ à ſignis tabulæ monſtrantur dicenda.

De commemorationibus poſt Veſperas & Laudes faciendis.

Cap. XII.

1 Communes commemorationes (quas etiam ſuffragia vocamus) de Cruce, de Domina, de ſancto Ioanne Baptiſta, ſancto Brunone,& omnibus Sanctis quotidie ad Veſperas, & Laudes facimus, niſi quando fit officium de aliqua Solennitate: tunc enim omnes illæ omittuntur, & ſimiliter à Veſperis Sabbati præcedentis Dominicam in Paſſione incluſiuè vſque ad ſecundam poſt octauas Paſchæ feriam, & infra

octauas Pentecostes, & à Laudibus vigiliæ Natalis Domini inclusiuè vsque ad sequentem post Circumcisionem Domini diem.

2 Commemorationem verò de Cruce, à primis Vesperis Dominicæ primæ Aduentus inclusiuè vsque ad secundam post octauas Paschæ feriam intermittimus, sed commemorationem de Domina ab iisdem Vesperis vsque ad octauam Epiphaniæ inclusiuè: sicut & infra octauas Visitationis, Assumptionis, & Natiuitatis ipsius. Et quoties officium diei fit de gloriosissima Virgine, aut sancto Ioanne, seu sancto Brunone: commemoratio communis de illis tacetur.

3 Speciales verò commemorationes ad Vesperas & Laudes, quando occurrunt, facimus, de Solennitate, de festo Capituli, de festo duodecim Lectionum, de Dominica,

e octauis, de festo trium Lectionum, de Aduentu, de Quadragesima, & de Sanctis solam commemorationem habentibus.

4 Pro huiusmodi commemorationibus, sumitur ad Vesperas antiphona, quæ erat dicēda ad Magnificat, si Vesperæ dicendæ fuissent de eo, cuius fit commemoratio: cum versiculo qui dicendus fuisset post Hymnum Vesperarum, & ad Laudes similiter sumitur antiphona, quæ dicenda fuisset ad Benedictus cum versiculo dicendo post Hymnum Laudum: quod est regulariter obseruandum, nisi specialiter aliud notetur.

5 Porrò de Solennitate numquam facimus cōmemorationem in primis eius Vesperis: prætterquam de Solēnitatibus sanctorum Stephani, Ioannis, & Innocentum. In secundis verò Vesperis Solenni-

tatis de ea non facimus commemorationem, nisi quando sequitur immediatè aliud festum Solenne: excepta Compassione, beatissimæ Virginis, de qua suo loco tractatur, cap. 48. n. 13.

6 De festo Capituli, vel duodecim Lectionum in primis eius Vesperis numquam fit commemoratio, nisi quando Solenne festum immediatè præcedit. In secundis autem eius Vesperis fit de eo commemoratio, quoties aliud quodcumque festum duodecim Lectionum subsequitur.

7 De nullo vnquam festo duodecim Lectionum, qualecumque illud fuerit, fit commemoratio ad Laudes.

8 De Dominica tamen semper fit commemoratio tam in Laudibus quàm in vtrisque Vesperis, quotiescumque de ea non fit officium,

cium, excepta Dominica quæ contingit à die Natalis Domini vſque ad feſtum ſancti Thomæ Martyris incluſiuè, de qua nec officium, nec vlla commemoratio fit. Excepta etiam Dominica occurrente in vigilia Natalis Domini: de qua quidem Dominica nulla fit commemoratio in ſecundis Veſperis. De Dominicis etiam vacantibus aliquando ante Septuageſimam vel Aduentum, nulla fit commemoratio.

9 Infra octauas Paſchæ, Pentecoſtes, Natalis Domini, Epiphaniæ, Aſcenſionis, Corporis Chriſti, Viſitationis, Aſſumptionis, & Natiuitatis beatiſſimæ Mariæ, ſancti Ioannis Baptiſtæ, SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſancti Patris noſtri Brunonis, ſemper aut fit officium de octauis, aut cõmemoratio ad Laudes & Veſperas, etiamſi feſtum ſolenne

lenne infra ipſas celebretur.

10 De Aduentu Domini & de ieiunio Quadrageſimali, quoties non fit officium, ſemper fit commemoratio ad Laudes & Veſperas: etiamſi feſtum ſolenne in eis occurrat.

11 De ieiunio autem temporali, & de Rogationibus, & de Vigiliis Sanctorum nulla fit commemoratio ad Veſperas & Laudes.

12 De feſto trium Lectionum contingente in Dominica, vel aliquo feſto Capituli, aut duodecim Lectionum, aut Octauis feſtiualibus: fit commemoratio ad Veſperas & Laudes. De eo autem contingente in aliqua ſolennitate, nulla fit niſi ad Miſſam commemoratio: præterquam de Martyribus Cornelio & Cypriano, de quibus in ſolennitate Exaltationis ſanctæ Crucis, ad vtraſque Veſperas & Laudes

Laudes fit commemoratio: propterea quòd olim fiebat de eis festũ duodecim Lectionum. De octauis etiam sancti Stephani in secundis Vesperis Circumcisionis fit commemoratio.

De ordine in commemorationibus ad Vesperas & Laudes seruando.

13 QVando plures commemorationes speciales simul occurrunt faciendæ post Vesperas aut Laudes: secundùm ordinem, quo hîc consequenter ponuntur, fieri debent.

De festo duodecim Lectionum.
De Dominica.
De octauis festiualibus.
De festo trium Lectionum, & de Sanctis per solam commemorationem transeuntibus.
De Aduentu, & Quadragesimali ieiunio.

14 Scien

14 Sciendum tamen eſt commemorationem de Dominica non ſemper præcedere commemoratione̅ de octauis feſtiualibus. Nam quando contingit commemorationem de octauis Corporis Chriſti, aut Viſitationis, vel Aſſumptionis, vel Natiuitatis glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, vel ſancti Ioannis Baptiſtæ, vel Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, vel ſancti Patris noſtri Brunonis ſimul cum commemoratione Dominicæ fieri: commemoratio de octauis præcedit.

15 Quando autem contingit commemorationem Dominicæ ſimul fieri cum commemoratione de octauis Natalis Domini, Epiphaniæ, & Aſcenſionis, in Veſperis Sabbati, priùs fit commemoratio de octauis, ſed in Laudibus & Veſperis Dominicæ, priùs fit com-

memo

memoratio de Dominica, quàm de octauis.

16 Quando oratio aliqua in commemoratione finitur ſic, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, vel Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Filius tuus, vel Ieſus Chriſtus Filius tuus Dominus noſter: ſi alia adhuc commemoratio ſequatur, ſtatim reſpondetur à Conuentu, Amen: & in ſola vltima commemoratione dicitur, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, in aliis verò dicitur, per Chriſtum Dominum noſtrum Amen: vel Qui viuis & regnas, &c.

De

De ordinatione Diuini Officij tam Canonici, quàm de Domina ad omnes Horas.

Cap. XIII.

1 AD Matutinas omni tẽpore ter Pater, & Aue Maria præmittimus, Deinde Deus in Adiutorium cum Gloria Patri, & Alleluia, vel Laus tibi, dicimus: Poſtea ter verſum, Domine labia, repetimus, ſubiungentes Pſalmum, Domine quid multiplicati, cum Gloria Patri. Deinde Inuitatorium cum Pſalmo, Venite, Hymnum, & ſex Pſalmos ad primum Nocturnũ cum vna, vel pluribus antiphonis, provt tempus poſtulauerit, & verſiculo poſt vltimam antiphonam.

2 Exci

2 Excipiuntur tres dies ante Pascha: qui peculiarem habent ordinationem. Excipiuntur etiam dies feriales qui ab Octauis Pentecostes vsque ad Dominicam proximam Kalendis Nouembris occurrunt:in quibus Psalmus Venite dicitur sine Inuitatorio.

3 Post vltimam antiphonam,& versiculum primi Nocturni, Pater noster, & Aue Maria, semel dicimus. Et quoties Pater noster submissa voce dicimus, addatur semper Aue Maria.Et in omnibus diebus duodecim Lectiones habentibus, statim post (Et ne nos,) addimus, Suscipe Domine Iesu Christe, & cætera. Deinde quatuor lectiones cum totidem post eas Responsoriis legimus, præmissa ante singulas benedictione.

4 Postea inchoata antiphona, sex Psalmos rursum subiungimus:

cum vna vel pluribus antiphonis & versiculo in fine. Deinde rursum semel, Pater noster, & Aue, dicimus, subiungentes versum, Exurge Domine, & quatuor alias Lectiones cum suis Responsoriis: præmissa similiter ante singulas benedictione.

5 Postea tria cantica cum vnica antiphona, & versiculo post eam dicimus, & iterum semel, Pater noster, & Aue Maria, cum versu Ostende nobis Domine: Deinde quatuor de Homilia super Euangelium diei Lectiones legimus cum suis Responsoriis: præmissa ante singulas benedictione.

6 Postremò Canticũ, Te Deum laudamus, dicimus, subiungentes ei Euangelium diei, cum Te decet laus, & oratione congrua. Sic persoluitur Matutinum omnibus diebus duodecim lectiones habentibus: siue solennes, siue capituli,

ſiue ſimplices fuerint.

7 Diebus autem tres lectiones dumtaxat habentibus, perſoluto primo nocturno ſicut prædictum eſt: poſt verſiculū & Pater noſter, nullam deprecationem facimus, ſed feriis 2. 4. & 6. verſum Exurge Domine, & feriis 3. 5. & Sabbato verſum Oſtende, ſubiungimus: deinde tres lectiones, cum totidem magnis Reſponſoriis, præmiſſa ante ſingulas congrua benedictione, dicimus. Poſtea ſex adhuc Pſalmos cum vna vel pluribus antiphonis legimus: poſt vltimam antiphonam, Capitulum & verſiculum ſubiungentes. Deinde ter Kyrie eleiſon, ter Chriſte eleiſon, & rurſus ter Kyrie eleiſon, quæ ſemper à choro Prioris incipi debent: cum precibus, vt in Breuiario habentur, & oratione congrua, & Dominus vobiſcum, & Benedicamus

Domino in fine.

8 Ab octauis autem Pentecostes vsque ad Dominicam propinquiorem kalendis Nouembris ferialibus diebus, quando fit officium de feria: vna tantùm lectio cum paruo responsorio legitur. Quando Laudes pro Defunctis sequi debeant, habetur infrà, cap. 35. num. 5. 6. & 7.

9 Laudes statim finita oratione matutina, sine Benedicamus Domino, diebus duodecim lectionum incipimus: dicentes, non præmisso Pater noster, nec vllo interuallo facto, Deus in adiutorium, &c. Ferialibus autem diebus quando dicimus (Exultabunt) eo finito, breue facimus interuallum, & signo per Præsidentem dato, pulsatur ad Laudes: quibus tunc præmittimus Pater noster, Aue Maria, cum signo Crucis, ante Deus in adiuto

adiutorium. Cæterùm omni tempore, Ad Laudes post Deus in adiutorium, sequitur, Gloria Patri, Alleluia, vel Laus tibi, & Psalmus, Deus misereatur nostri, deinde tres Psalmos, Canticum vnum diei, vel festo cōgruum, cum Psalmo, Laudate Dominum de cœlis, & duobus sequentibus, dicimus: cum vna vel plurib. antiphonis, provt tempus postulauerit. Postea Capitulum cum paruo Responsorio, Hymno, Versiculo, & Cantico, Benedictus cum sua antiphona persoluimus: subiungētes nouies Kyrie & Christe eleison, cum precibus provt dictum est, & oratione congrua, cum Dominus vobiscum, & Benedicamus Domino. Deinde si dies, vel tempus postulauerit, dicūtur commemorationes speciales & communes: post quarum vltimam, rursus dicitur Dominus vobiscum, &

Benedicamus Domino. Sic persoluuntur Laudes omni tempore.

10 Ad Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, & Vesperas, Pater noster, & Aue Maria semel & sigillatim semper præmittimus: nisi quando immediatè ante aliquam dictarum Horarum aliquod officium est in Conuentu persolutum: tunc enim finito tali officio, nullo facto interuallo, dictas Horas, à Deus in adiutorium incipimus.

11 In Prima, Tertia, Sexta, & Nona, post Deus in adiutorium cum Gloria Patri, & Alleluia, vel Laus tibi, Hymnum semper dicimus. Postea ad Primam, diebus Dominicis, etiamsi non de Dominica, sed de festo occurrente celebretur, semper subiungimus Psalmum, Beati immaculati, cum tribus octonariis sequentibus, & Gloria Patri in fine singulorum, & vnica

ca poſt omnes antiphona. Poſt quam, Capitulum cum verſiculo dicitur, cũ propriis precibus provt habentur in Breuiario, vſque ad Domine Deus virtutum excluſiuè, ante quod interponimus Symbolum Quicumque. Quo finito, loco Domine Deus virtutum; dicimus verſum (Benedicat nos Deus Deus noſter) cum oratione Omnipotens ſempiterne Deus. Et hæc Dominicis diebus numquam variantur.

12 Cæteris verò diebus totius anni ſuper hebdomadam, ad Primam poſt Hymnum, tres Pſalmos Feriæ congruentes, provt ordinantur in Breuiario, cum Symbolo Quicumque, & vnica antiphona in fine, continuè dicimus, deinde Capitulum cum verſiculo, Exurge Domine, & precibus ad Primam propriis cum oratione In hac hora,

vel Domine Deus Pater omnipotens, provt tempus poſtulauerit, ſicut in Breuiario continetur: & Dominus vobiſcum, ac Benedicamus Domino in fine. Et in priuato ſtatim addimus Pretioſa, cum reliquis precib. in Breuiario deſcriptis: quibus ſi dies ſit Capituli, coniungitur Pſalmus, De profundis, cum precibus in Capitulo dici ſolitis.

13 Finita verò Prima per Conuentum diebus Capituli, in ipſo Capitulo conuenientes, præmiſſa benedictione à Sacerdote Hebdomadario, lectionem Martyrologij audimus: vbi primùm legitur Luna diei ſequentis cum Sanctis qui in eo occurrunt, cui ſubiungimus, Pretioſa, cum adiunctis precibus: quibus finitis, ſequitur lectio breuis ex Apoſtolo. Poſtea ſi ſolennitas requirat, fit ſermo: alioquin ſtatim à Præſidente præmiſſo, Benedicite,

quæ

uæ denunciari debent indicuntur,
ː commendationes fiunt: quibus
ıbiungitur Pſalmus, De profun-
is, cum ſolitis precibus,& oratio-
ibus Inclina, & Omnipotens qui
iuorum: addita ſpeciali oratione
ro breuibus recenter allatis: aut
liis ſpecialiter per Præſidentem
ommendatis.

14 Ad Tertiam,Sextam, & No-
am, poſt Hymnum tres Pſalmi,
rovt ordinati ſunt in Breuiario,
um vnica antiphona, Capitulo &
ˊerſiculo dicuntur: quibus preces,
go dixi, &c. cum oratione pro-
ria, & Dominus vobiſcum, ac Be-
edicamus in fine ſubiunguntur.

15 Ad Veſperas, poſt Deus in
diutorium cum ſuo Gloria, &
ılleluia, vel Laus tibi, dicimus
uatuor Pſalmos cum vna vel plu-
bus antiphonis, provt dies poſtu-
ıuerit: quibus ſubiungimus Capi-

tulum cum reſponſorio paruo, vel magno, iuxta diei exigentiam. Deinde Hymnum, Verſiculum, Cãticum Magnificat cum ſua antiphona, & precibus conſuetis, (Ego dixi) cum congrua oratione, & Dominus vobiſcum, ac Benedicamus Domino, in fine. Deinde facimus commemorationes ſpeciales vel communes, provt occurrunt faciendæ, poſt quarum vltimam repetimus Dominus vobiſcum, & Benedicamus Domino: & ſic finiuntur Veſperæ. De Agenda ſequente Veſperas in Conuentu habetur infrà ſuo loco. cap.35.n.3.

16 Completorium ſemper perſoluimus eodem modo, provt in Breuiario continetur: præmittentes Pater noſter, & Aue Maria ſemel cum Confiteor & Miſereatur. Deinde Conuerte nos, Deus in adiutorium, & Gloria Patri cum ſuo

o Alleluia,vel Laus tibi dicimus.
ſtea ſubiungimus tres Pſalmos,
rurſus Alleluia,vel Laus tibi,pro
tiphona. Deinde Hymnum, Ca-
ulum, & Verſiculum, in cuius
ſponſione addimus duplex Alle-
ia tempore Paſchali. Poſtremò
eces proprias cum ſua oratione,
Dominus vobiſcum, ac Benedi-
mus Domino in fine: atque ſic
nitur Completorium.

17 Qui ſolus dicit officium, &
ui nondum promotus ad Diaco-
atum cum aliis illud perſoluit, an-
Benedicamus Domino non di-
t Dominus vobiſcum, ſed Do-
nine exaudi orationem meam.

18 Officium verò priuatum de
loriosiſſima Dei genitrice ad om-
es Horas omni tempore ſic pror-
ıs dicitur, ſicut deſcriptum in
pſius Horis habetur. Nam ante
Matutinas ſemper dicimus ter Aue
Maria

Maria, & ſemel ante alias Horas ſingulas. Cæterùm à Septuageſima vſque ad Paſcha loco Alleluia, dicitur Laus tibi: & in Prima, Tertia, Sexta, Nona, & Completorio per totum annum dicimus alterum illorum ſemel dumtaxat poſt Deus in adiutorium, & poſt Pſalmos rurſus illud loco antiphonæ repetimus.

19 Veſperæ autem habent ſuam propriam antiphonam, ſicut Matutinæ & Laudes: Poſt quas dicto Deus venerunt gentes, & Ad te leuaui, cum precibus adiunctis, quemadmodum poſt ſingulas eius Horas dicere debemus Animę omnium, & Salue Regina cum Verſiculo Aue Maria, & tribus tantùm orationibus: ſcilicet Famulorum, Eccleſiæ, & Ineffabilem, niſi ſimus ſoli: tunc enim pro cuiuſque deuotione licebit addere alias.

20 Verumtamen quando plures
oræ de ipſa beatiſſima Virgine
: ſe vel cum vna, aut pluribus
oris de die ſimul dicuntur, poſt
imam tantùm Horam, ſiue de
omina, ſiue de die fuerit, Salue
oiungimus, præmiſſo (Animæ
nnium) vt dictum eſt: exceptis
eſperis, quibus ſemper ſubiungi-
r Salue regina, etiamſi officium
nonicum abſque interuallo ſe-
atur.

21 Obſeruandum præterea eſt:
òd tribus diebus ante Paſcha, ad
ertiam, Sextam, & Nonam Pſal-
i mutantur.

22 Officium autem Miſſæ quod
iotidiè poſt Primam aut Tertiam
iius officij dicimus, variatur
out habent Horæ prædictæ.

De

De cæremoniis in Diuino Officio ad omnes Horas, quando conuentualiter celebratur, obſeruandis.

Cap. XIV.

1 AD Horas Diuini Officij, quæ in Eccleſia à Conuentu perſoluuntur: mox vt auditum fuerit ſignum, relictis omnib. aliis occupationibus, ſumma cum reuerentia & matura grauitate properare debemus. Nihil enim operi Dei præponere licet.

2 Intrantes Eccleſiã aqua ſancta nos aſpergimus, & vſque ad ſedes noſtras nudatis capitibus incedimus: facta, priuſquam eas ingrediamur, profunda inclinatione ante ſanctiſſimum Corpus Chriſti, ſicut facimus

imus, quoties Aſcendimus, aut
ſcendimus ad gradum altaris, aut
te illud tranſimus. Ingreſſi verò
es, genua non flectimus, ſed ſta-
us verſa facie ad altare capitibus
opertis: deuota aliqua, ſed ſub
ntio, oratione vel meditatione,
ſequens officium nos præparan-
, donec dato per Præſidentem
no, ad orationem inclinamur,
procumbimus, provt tempus
ſtulauerit.

ando genua flectere debemus, vel ſuper ſedilia, ſeu miſericordias inclinari.

PRo quo notandum quòd per totùm annum flexis genus, ſuper formas procumben-, dicimus (Pater noſter, & Aue ria) ante omnes Horas, & Glo- Patri vſque ad Sicut erat, poſt us in adiutorium, & preces ad omnes

omnes Horas, cum ſuis orationibus. Exceptis diebus occurrentibus à Paſcha vſque ad octauam Pentecoſtes incluſiuè, in quibus prædicta dicimus inclinati ſuper miſericordias, ſeu ſedes noſtras: ſicut & alio tempore quibuſcumque diebus duodecim lectionum, incipiendo à primis Veſperis incluſiuè vſque ad Completorium ſequentis diei incluſiuè, & omnibus diebus à vigilia Natalis Domini, incipiendo à Laudibus eius incluſiuè, vſque ad Completoriū octauarum Epiphaniæ incluſiuè, & per totas octauas Corporis Domini, Viſitationis, Aſſumptionis, & Natiuitatis genitricis Dei, ſancti Ioannis Baptiſtæ, SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſancti Patris noſtri Brunonis, incipiendo à primis Veſperis dictarum ſolennitatum incluſiuè vſque ad Completorium
octaua

ctauarum inclusiuè. Porrò quoties ad preces Horarum genua flectimus, Psalmum, Miserere mei Deus, cum illis dicimus: aliàs eum tacemus. Quoties super formas genibus flexis procumbimus, caput satis eleuatum tenere debemus: & non super brachia.

Quando Cruce signare nos debemus & inclinare.

QVoties præmisso Pater noster & Aue Maria aliquam Horam inchoare debemus, antequam dicamus (Deus in adiutorium, vel Domine labia, vel Conuerte nos) signamus nos signaculo Crucis, à fronte ad vmbilicum, & ab humero sinistro ad dexterum dicentes: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, amen: & postea caput inclinamus modicè & reuerenter. Quando autem

non præmiſſo Pater & Aue Maria Horam aliquam inchoamus, non ſignamus nos nec inclinamus.

5 Item quoties poſt aliquam Horam, vel quodlibet Diuinum Officium perſolutum, aliud non ſubiungimus: ſtatim ſignamus & inclinamus nos ante diſceſſum.

6 Quoties autem ſignum Crucis facimus ſuper nos ſiue alios, tribus digitis dexteræ manus, ſcilicet pollice, indice & medio extenſis, & ſimul iunctis, reliquis duobus digitis contractis, illud facimus. Quod etiam Sacerdos faciendo Cruces in Miſſa vel alibi, ſemper obſeruet.

Quando ſtare nudatis capitibus verſa facie ad altare debemus.

7 STARE in Conuentu nudatis capitibus verſa facie ad altare non innixi debemus: quoties in

princi

rincipio horarum dicitur, Deus
ı adiutorium, vſque ad Gloria
atri.) Verumtamen Dominicis
iebus quando dicitur,Deus in ad-
ıtorium ad Tertiam poſt aquæ
enedictionem, & infra octauas
aſchæ,Pentecoſtes,& Natalis Do-
ıini, quando tres lectiones in Ma-
ıtinis tantùm dicuntur,dum dici-
ır Deus in adiutorium, ante Lau-
es, manemus ſuper miſericordias
ıclinati capitibus coopertis, ſolo
acerdote ſtante,dum cantat Deus
ı adiutorium.

8 Item quoties Dominus vobiſ-
ım ante Euangelium dicitur, vſ-
ue ad finem Euangelij in Matu-
nis.

9 Item quando poſt Veſperas,
audes, Sextam,& Nonam, dicitur
ominus vobiſcum ante vltimum
Benedicamus Domino) ſi aliud
fficiū ſtatim non ſequatur. Quan-

do enim ſequitur, non nudamus capita: ſed ad Veſperas, & Laudes ſtamus verſa facie ad altare. Ad alias autem Horas inclinati aut flexis genibus manemus, provt habetur infrà, num. 37.

10 Item quando Litaniæ cantantur in vigiliis Paſchæ, & Pentecoſtes, aut aliàs, & quando in die Paraſceues Crux adoratur, & cantatur reſponſorium Popule meus, cum ſequentibus. Quoties etiam poſt Veſperas & Laudes de die, cātamus antiphonas, Tota pulchra es, Salue regina, & ad verſiculum, Aue Maria, ante Magnificat, ſumpta venia.

Quando ſtare chorus verſus chorum nudatis capitibus debemus.

11 STAMVS etiam nudatis capitibus non innixi, ſed verſa ad alterum chorum facie: quando canta

ntamus Magnificat, Te Deum
udamus, Benedictus, Quicum-
ue vult saluus, in Purificatione
oriosissimæ semper Virginis post
ceptionem candelarum, reuersi
l sedes nostras dum cantamus
nticum (Nunc dimittis:) ad cu-
s (Gloria) tunc non inclinamus.
12 Notandum autem quod quo-
es capitibus nudatis stare debe-
us, siue ad Altare, siue ad alterum
orum facie versa: nullo modo
ebemus inniti, vel adhærere sedi-
us nostris, sed erecti ac reuerenter
are.

Quando aliàs caput nudatum tenere debemus.

PRÆTER ea quæ dicta sunt, debemus etiam capita nuda-
: quoties soli aliquid in Conuen-
dicimus, vel cantamus.
14 Quando Sacerdos incipit

Confiteor ad preces Primæ, & vſque ad finem eiuſdem Horæ.

15 Quando dicitur Gloria Patri, poſt Deus in adiutorium in principio Horarum: excepto ad Tertiam diebus Dominicis, & intra octauas Paſchæ, Pentecoſtes, & Natalis Domini, ad Laudes, quando tres tantùm lectiones dicuntur: Tunc enim non nudamus capita.

16 Quando poſt Euangelium in Matutinis dicimus verſum (Te decet Laus) cum oratione, capita ſemper nudata tenemus.

17 Et ſimiliter omni tempore nudat caput, qui habet tranſire per Eccleſiam inter duos choros, etiam durante Canone Miſſæ.

Quando ſtare coopertis capitibus verſo vultu ad Altare debemus.

18 Porrò ſtare debemus in Conuentu, verſo vultu ad Altare, ſed

ſed coopertis capitibus, ingreſſi ſedes noſtras vſque ad ſignum per Præſidentem datum pro oratione ante Horam. Ad omnes Horas quando Capitula leguntur: Ad verſiculos omnes qui ad nocturna ante lectiones, vel preces, & ante (Benedictus, & Magnificat) & poſt Capitulum ante preces dicuntur: excepto verſiculo (Aue Maria,) vt ſuprà dictum eſt, num. 10.

19 Quando in Matutinis vnica parua lectio æſtiuo tempore dicitur, ad eam & eius reſponſorium paruum vſque ad (Gloria Patri) omnes ſtamus verſa facie ad altare coopertis capitibus: Similiter ad parua reſponſoria quæ in Laudibus & Veſperis ante Hymnum cantantur vſque ad (Gloria Patri) & ad reſponſoria omnia quæ ferialibus diebus, non occurrente feſto duodecim vel trium Lectionum, can-

tantur à Dominica in Paſſione vſque ad Cœnam Domini, tam in Laudibus quàm in Veſperis: donec reincipiantur: Tunc enim ad chorum alterum facies vertimus. Quando autem alio tempore ad Veſperas dicitur magnum reſponſorium, poſtquam illud incœptum eſt à Cantore, ab Altari faciem auertimus: ac rurſus dum dicitur verſus ipſius ad Altare conuertimur, eóque finito ab eodem auertimur.

20 Item quando incipitur Inuitatorium, & inde vſque ad (Gloria Patri) poſt Venite.

21 Quando poſt Laudes & Veſperas dicitur poſt orationem, primum (Dominus vobiſcum, & Benedicamus Domino,) ſi ſequantur commemorationes: & poſt vltimum etiam, ſi ſequatur Agenda. Ad omnes etiam proprias commemo

memorationes, & ad Primam de communibus, nisi sit (Tota pulchra es, aut Salue regina.)

22 Quoties autem verso vultu ad Altare stare debemus, aut sic aliquid cantare, curandum est ne pars vlla faciei abscōdatur intra sedium interstitia, seu ad parietem conuertatur: sed erecto corpore standum est, non innitendo, & ita reuerenter, vt tota facies ad Altare dirigatur absque interpositione alicuius rei.

Quando stare chorus versus chorum coopertis capitibus debemus.

23 STamus autem versos ad alterum chorū vultus & tecta habentes capita, in Matutinis dicto, Gloria Patri, post Deus in adiutorium ad Sicut erat, vsque ad Inuitatorium. Quòd si non dicatur, Psalmum, Venite dicimus stantes eo-

dem modo. Quando verò dicitur Inuitatorium, dicto post Psalmum Venite, Gloria Patri, ad (Sicut erat) similiter stamus: aut si non dicatur (Gloria Patri) quando à Cantore reincipitur in fine Inuitatorium.

24 Ad omnes omnium Horarum Hymnos. Ad omnes Psalmos omnium Horarum: nisi quando alternatim sedendum est, provt statim dicetur. Ad omnia Cantica, quæ diebus duodecim lectionum in tertio Nocturno dicuntur. Ad magna responsoria in Vesperis: excepto eorum initio, versu, & Gloria Patri. Quando post aspersionẽ aquæ Benedictæ, vel susceptionem cineris, aut ramorum, reuersi sumus ad sedes nostras, vsque ad orationem sequentem.

Quando in Ecclesia sedere nobis licet.

25 SEdemus autem in Conuentu diebus non solennibus, ad Psalmos primi & secundi Nocturni, & ad Psalmos Laudum alternatim: hoc ordine. Primùm, chorus in quo est Cantor hebdomadarius sedet ad primũ & secundum, quintum & sextum Psalmos primi Nocturni, & ad tertium & quartum secundi Nocturni, & ad primum & secundum de Laudibus, non computato Psalmo, Deus misereatur nostri, ad quem omnes semper stamus: & ad Psalmum, Laudate Dominum de cælis, vsque ad Psalmum, Laudate Dominũ in sanctis eius, exclusiuè: ad hũc enim in Laudibus de die omnes stamus. Alter verò chorus qui ad prædictos Psalmos interim stat, sedet ad tertium & quartum primi Nocturni, & ad

primum

primum & ſecundum, quintùm & ſextum ſecundi Nocturni, & ad tertium & quartum Pſalmos, ſiue Canticum Laudum, priori choro interim ſtante.

26 Notandum autem quòd nullus ſedere debet, donec verſum vnum Pſalmi illius ad quem ſedere chorus incipit, integrè in ſuo choro cantauerit, & chorus qui ſedet, tempeſtiuè ſedes leuare debet ſub finem Pſalmi ſecundi, antequam Gloria Patri incipiatur, vt ad illud integrè & reuerēter inclinare poſſit.

27 Tribus etiam diebus poſt Paſcha, Pentecoſten, & Natalem Domini, & in ipſius Natalis vigilia, ſic alternatim ſedemus ad Pſalmos primi & ſecundi Nocturni, ſed ad Pſalmos Laudum illis diebus, ſicut ad omnes Pſalmos cæteris ſolennitatibus & tribus diebus ante Paſcha ſemper ſtamus.

28 Qui neceſſitate cogente ad Pſalmos extraordinariè voluerit ſedere, vtatur licentia Superioris: & ſic toleretur à ſociis per quatuor vel octo dies. Si autem maiori eget indulgentia, transfertur ad locum vltimum: vbi poteſt pro ſua neceſſitate vti libertate ſedendi. Stare tamen debet (ſi valet) quando cantantur Hymni, Te Deum, Benedictus, Magnificat, Gloria in excelſis, & Credo. Qui autem ſic trãsfertur: vltimus venit ad aquam Benedictam, & vltimus exit de Eccleſia.

29 Item ſimul omnes ſedemus in Matutinis, quando cantantur lectiones & reſponſoria earum vſque ad (Gloria Patri,) ſi dicatur, vel vſque ad repetitionem reſponſorij, quando loco (Gloria Patri,) repetitur.

30 Quoties autem ſedendum

eſt,

eſt,tibias curare debemus religiosè componi: & ſic caput rectum tenere, vt in alteram partem ſedis non reclinetur.

Quando ſuper ſedilia ſeu miſericordias inclinati manere debemus.

31 PORRÒ ſuper miſericordias profundè inclinamur, quoties in Conuentu, Gloria Patri, poſt Pſalmos, Cantica, Hymnos, aut reſponſoria magna, vel parua dicimus, excepto Gloria Patri, quod in Purificatione glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, receptis candelis dicitur poſt Nunc dimittis, vt dictum eſt, num. 11.

32 Quando in cantico Te Deũ, dicitur ter Sanctus, & poſt Euangelium verſus Te decet, cum ſequenti oratione.

33 Quoties ante lectiones Matutinarum, Pater noſter, & Aue Maria dicimus, vſquequo data benedictio

nedictione responderimus Amen: vel quando non datur benedictio, donec Præsidens signum ad sedendum fecerit tribus diebus ante Pascha.

34 Ad omnes orationes commemorationum quæ fiunt post Vesperas & Laudes, & etiam ad communes commemorationes de sancto Ioanne Baptista, sancto Patre nostro Brunone, & omnib. Sanctis, cum suis versiculis. Si tamen commemorationem de sancto Ioanne nulla alia præcedit, ad eam & versiculum eius stamus versa facie ad Altare.

35 Ad Hymnum Primæ, Iam lucis orto sydere, quando dicimus, Deum precemur supplices.

36 Ad precem & orationem, quæ post aspersionem aquæ Benedictæ dicitur: vsquequo dictum fuerit Gloria Patri, post Deus in adiutorium.

37 Ad orationes quæ poſt Laudes & Veſperas dicuntur : & ad orationem vltimæ commemorationis : à quibus non ſurgimus donec dicatur à Sacerdote, In vnitate Spiritus ſancti Deus: quod ſimiliter fit ad orationes quæ poſt Euangelium in Matutinis & Sextam atque Nonam dicuntur, quando genua non flectimus, & quando poſt eas non ſequitur immediatè Miſſa, Nam ſi ſequatur Miſſa, aut ſi ad preces illarum genua flectimus, non ſurgimus ab eis, niſi dicto Deo gratias: ſicut nec ab oratione, quam ad Primam dicimus & Tertiam.

38 Ad Pater noſter ante ſingulas Horas, & Gloria Patri poſt Deus in adiutorium, & ad omnes omnium Horarum preces cum ſuis orationibus, ſuper miſericordias inclinamur, niſi quando flectere genua debemus, ſicut ſuprà dictũ eſt.

Quando caput modicè inclinare debemus.

39 CAput modicè & reuerenter inclinamus, quoties & vbicumque nomen IESV, vel beatissimæ Mariæ Matris eius, siue in Conuentu, siue extra, pronunciamus, vel audimus.

40 Quoties ante vel iuxta nos sacerdotalibus vestibus Sacerdos indutus, vel Prior transit: aut quando nos ante vel iuxta alterum eorum transimus. Et qui in dextero choro supra lectorium sedem versus Altare habet, quando pergit ad lectionem legendam, inclinat Priori se ad ipsum vertendo iuxta latus lectorij, quod similiter faciendum est redeundo finita lectione. Alij verò eiusdẽ chori hoc ipsum præstant inter formas & ipsum lectorium. Quando autem quis transit

ante Priorem iuxta latus lectorij existens, debet se vertere ad ipsum & inclinare: & non expectare donec peruenerit ad sedem chori sui, si vltra lectorium versus Altare sedem habeat.

41 Quando Capitulum ingredimur, vel egredimur, inclinamus ad Crucem: similiter quando Refectorium intramus, quando dicto (Benedicite) sedere debemus, & etiam postquam surreximus de mensa ante versum (Confiteantur, vel Memoriam) & incœpto Psalmo, Miserere mei Deus.

42 Quicumque in Conuentu antiphonam inchoat, stans nudato capite versus Conuentum eam inchoat, & post finitum versum primum Psalmi sequentis, versus Altare inclinat. Quicumque etiam in Conuentu inchoat responsorium, versa facie ad Altare id facit,

eóque incœpto ſtatim inclinat: & dicto verſu ipſius, rurſum inclinat, & ſi dicendum ſit (Gloria Patri) poſt ipſum etiam inclinat, aut quando loco (Gloria) reſponſorium repetit.

43 Quoties in Capitulo, vel Refectorio Gloria Patri, vel Pater noſter dicuntur, vterque chorus præſcriptam capitis inclinationem facit modeſtè ac reuerenter.

Quando venias deuotionis accipere debemus.

44 VEniam ſumimus, hoc eſt, flexis genibus, & nudato capite formam, vel oratorium, aut aliud, provt loci opportunitas permiſerit, oſculamur: ad Dei honorem & beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ.

45 In die Natalis Domini, quando incipitur Inuitatorium (Chriſtus

natus est nobis) non autem quando repetitur.

46 Quando dicimus hæc sequẽtium versuum initia: Veni creator Spiritus: Tantum ergo Sacramentum veneremur cernui: O salutaris Hostia: O Crux aue spes vnica.

47 Quando in Litaniis pronunciatur (Sancta Trinitas) veniam statim sumimus non expectantes donec surgendum sit: quia tunc non surgimus donec dictum sit à nobis (Sancta Maria ora pro nobis.) cap. 49. num. 34.

48 Quando in cantico (Te Deũ,) dicimus versum (Te ergo quæsumus:) vsque in finem versus, genibus flexis perseuerantes, veniam sumimus antequam surgamus.

49 Quoties incipitur Hymnus (Aue maris stella) & ad Matutinas Inuitatorium Aue Maria, & ad Laudes responsiunculum (Aue Maria)

ria) & ad Veſperas ante Magnificat, & in commemorationibus, poſt Laudes & Veſperas dum dicimus verſiculum (Aue Maria.)

50 Quoties flexis genibus aliquid dicere debemus: antequam ſurgamus, veniam ſumimus.

51 Quandocumque Corpus Domini præſentibus nobis defertur: vbicumque ſumus, genua flectentes veniam accipimus.

52 Semel etiam in die, hoc eſt, prima vice qua abſente Conuentu gradum maioris Altaris aſcendimus, genua flectimus, & veniam ſumimus: quod præſente Conuentu non facimus.

53 Quoties pulſatur, pro Indulgentiis dicimus ter flexis genibus, (Aue Maria) veniam ante ſingula ſumentes.

54 Quando Sacerdos vel Diaconus, vel Cantor veniam ſume-

re debeant, dicetur in eorum officiis.

Quando venias pro defectibus sumere debemus.

55 ALIÆ sunt veniæ quas pro defectibus in Conuentu tantùm, & non in cellis sumere debemus, ad quas genua quidem flectimus, sed caput non nudamus: nisi tunc quādo erramus, nudatum illud haberemus. Ideò cùm ad Missam non sumus ad Confiteor, aut in principio Exorcismi, & cùm orationi non intersumus quæ fit ante Horam: venientes ad sedes nostras, statim nudato capite veniam accipimus super formas. Et si quis fortè oblitus, caput tegeret ante veniam sumptam: debet antequam sumat ipsum denudare.

56 Qui etiam intra Ecclesiam est dum dicitur Pater noster ante Horam,

Horam, ſed nō in ſede ſua propria: veniam accipit cum venit ad eam. Similiter qui non eſt in ſede ſua quādo ad Laudes vel Tertiam diebus Dominicis, vel ad Horam aliquam quæ Miſſam ſequitur, Deus in adiutorium incipitur, etiamſi interfuerit Nocturnis, aut Exorciſmo, aut Miſſæ talem Horam præcedenti: accipit veniam cùm venit ad ſedem ſuam.

57 A prædicta tamen venia excuſantur Sacerdos, Diaconus, & Sacriſta: quando ex neceſſitate ſui officij illo tempore habent aliquid agere in Eccleſia, propter quod non poſſunt eſſe in ſedibus ſuis.

58 Quando inclinandum, ſedendum, vel ſurgendum eſt, ſi non inclinamus, ſedemus vel ſurgimus, & generaliter quoties nobis aliquid faciendum eſt in Conuentu, ſi non facimus illud tempeſtiuè, aut niſi

ab alio moniti: veniam accipimus. Similiter quando liber nobis decidit,aut eum deiicimus, aut alium ſtrepitum inſolitum facimus: & quando ſoli erramus in Conuentu, vel alium errare facimus.

59 Qui autem errat cantando pſalmodiam in choro, veniam non accipit,niſi finito verſu in quo deficit. Similiter qui errat incipiendo antiphonã,vel reſponſorium: facta inclinatione ad Altare veniam accipit, & non antè.

60 Si quis in Capitulo errauerit ad ſcamnum veniam accipit: & non ad terram: Si in Refectorio, ad menſam ſeu ſcamnum. Si autem eundo ad Eccleſiam, in gratiis veniam capit in ſede ſua,poſtquam eſt Eccleſiam ingreſſus. Similiter facit, qui dum dicitur Aſperges, vel quando recipiuntur candelæ, cinis,vel rami,errat, eundo per Eccleſiam.

61 Qui

61 Qui ad lectorium errat, & à Correctore emendatus fuerit: post lectionem ad gradum lectorij veniam sumit. Si verò errauerit, sed repetendo se correxerit, veniam nõ capit, quamuis primò defecisset, & admonitus præterea fuisset à Correctore, iterũ dicente: aut signum dumtaxat faciente pro versu repetendo. Et qui legendo Euangelium errat, & à Correctore emendatur: accipit veniam ad gradum Altaris, clauso libro, & deposita stola.

Quando prosternere nos debemus.

62 IN Capitulo, quoties legitur à Lectore Martyrologij (Iesus Christus in Bethleem nascitur, aut Annunciatio Dominica) statim ruentes in facies nostras terram osculamur: adorantes Dominum propter nos incarnatum. Et in festo Reliquiarum pronunciatis reli-

quiis, ad (Gloria Psalmi, Laudate Dominum in Sanctis,) prosternimur: nec surgimus donec precibus finitis, Deo gratias responderimus. Idem facimus quando culpam dicimus, aut petimus misericordiam: nec ante surgimus quàm Præsidens iusserit.

63 Quoties autem prosternimur, genua flectentes cucullam nostram ante nos extẽdimus, deinde cubitis, seu brachiis super eam positis lateraliter & honestè nos inflectimus.

64 Quando Sacerdos, vel Diaconus, vel Cantor hebdomadarius, vel Cãtor chori prædictas cæremonias seruare debeant: dicetur in eorum officiis. Similiter cæremoniæ in officio Missæ & in Agenda seruandæ: infrà suis habentur locis, cap. 31. per totum, & cap. 35. n. 5.

Quando licet Ecclesiam intrare inter Diuina, & de quibusdam quæ ibidem tunc temporis fiunt. déque reditu etiam ad cellas.

CAP. XV.

1 QVAMDIV dicitur primus Psalmus primi Nocturni & cæterarum Horarum, intrare Ecclesiam licet: ipso autem finito: inceptóque eius Gloria non licet, nisi annuente Præsidente.

2 Ad Missam verò quilibet intrare potest vsque ad Euangelium exclusiuè, sed de tarditate corrigatur: incœpto Euangelio, nulli licet ampliùs intrare.

3 Quando vna Hora dicitur ante Missam, qui non fuit ad illam Horam

Horam: poteſt nihilominus intrare ad Miſſam. Similiter poteſt intrare ad Veſperas quæ dicuntur in Quadrageſima poſt Miſſam, is qui Miſſæ non interfuit. Si quis tamen Horæ quæ Miſſam præcedit, interfuerit,& ab ea ante incœptam Miſſam exierit, ad Miſſam poſtea intereſſe non poterit, niſi ante incœptum Euangelium redierit: nec ad Veſperas qui ad Miſſam exierit, niſi ante finitum primum Pſalmum redierit.

4 Ad officium Defunctorum quilibet intrare poteſt,etiamſi non interfuerit primo eius Pſalmo: dum tamen Horæ quæ ipſum officium Defunctorum præcedit, interfuerit.

5 Qui verò de Eccleſia, dum dicitur vltimus Pſalmus ſecundi Nocturni,aut antè exierit, morámque tantam fecerit, donec preces

&

& postmodum. Exultabunt ex integro persoluantur, Laudibus sequentibus interesse non poterit, nisi ante primum Psalmum finitum redierit. Et in festo duodecim Lectionũ si quis exierit dum cantica dicuntur, & non redierit ante finitũ primum Psalmum Laudum, Laudibus interesse non poterit.

6 Dum in principio Horæ vel Missæ aliquis abest, & nescitur an venturus sit, nullus sedem eius occupat, quovsque dictum sit Gloria Patri primi Psalmi illius Horæ, vel Gloria tibi Domine ante Euangelium Missæ: vt Infirmarius meliùs absentem cognoscere possit & requirere.

7 Quando etiam aliquis recedit ab Ecclesia non ampliùs tunc reuersurus, debet innuere socio, vt intret sedem vacantem: intrans autem idem faciat sibi proximo, &

sic

ſic alij aliis vſque ad vltimum. Sed ſi quis exeat dum Miſſa celebratur circa primum Agnus Dei, & non ſequitur Hora poſt Miſſam cantanda, vel quando exit de Laudibus, vel Veſperis poſt finem Hymni, ſi non ſequitur officium Defunctorum, vel quãdo exit de Prima cùm dicitur verſus, Vnus omnino, vel de aliis Horis circa Capitulum: omnes remanent in ſedibus ſuis.

8 Intrando & exeundo Eccleſiam cauere debemus, ne ſi Sacerdos, vel alius ad lectorium pro legenda oratione, Epiſtola, Lectione, vel Litaniis, aut alio officio fuerit: inter ipſum & Altare tranſeamus. Verumtamen poſtquam is qui ad lectorium ſtat, finiuit quod ibidem dicere habebat: ſi adhuc ibi remanſerit, poſſumus ante ipſum tranſire.

9 Si intrando, vel exeundo de Eccleſia cõtigerit dici Gloria Patri,

vel

vel Gloria Hymni, vel Dominus vobiſcum ad Miſſam, vbicumque ſumus, ſtatim inclinamus.

10 Dum dicuntur Cantica, Lectiones, Te Deum, Matutinæ, Laudes, Prima, Tertia, Miſſa, cæteræque Horæ diuinæ: nemini, niſi cogat neceſſitas, Eccleſiam exire licet.

11 Nullus etiam ab Eccleſia recedere debet non ſtatim reuerſurus, ſine licentia Præſidentis, & cauſa rationabili eidem allegata, alioqui in proximo Capitulo culpam ſuam ſuper hoc dicere tenetur.

12 Quandocumque autem egredimur Eccleſiam, capitulo, & precibus Horarum nos conuenit intereſſe: ſi commodè poſſumus.

13 Quamdiu ſuper formas, vel ad miſericordias inclinamur, ab omni ſtrepitu ſicut in Canone Miſſæ, quantùm fieri poteſt abſtinemus, & Eccleſiam intrare, vel etiam exire, aut per chorum tranſire ca-

uemus, niſi neceſſitas cogat. Tamē qui miniſtrat Thuribulū,& aquam Benedictam portat in aſperſorio cùm aliquid eſt benedicendum in Altari. Item Sacerdos, Diaconus, Lector Martyrologij, & qui in precibus Laudum candelam accendit Sacerdoti, Sacriſta quoque, poſſunt non obſtantibus prædictis tranſire per chorum, quando Conuentus ſuper formas procumbit, aut inclinatur, pro exercendo miniſterio ſuo: ſed à moleſto ſtrepitu quantum poterunt abſtineant.

14 Cùm quis intrat vel exit chorum, debet intrare, vel exire à parte in qua pauciores ſunt inter eum, eiúſque ſedem: ſicut & Sacerdos quando vadit ad lectorium pro dicendis orationibus.

15 Quando quis vultu verſo ad Altare ſolus aliquid cantat, vel legit, nullus debet tranſire, aut ſe interpo

interponere inter ipſum & Altare. Similiter nullus inter formas chori debet tranſire ante eum qui antiphonam inchoat, donec finito primo verſu Pſalmi, ille inclinauerit ad Altare: nec ante illum qui Pſalmum vel Hymnum intonat, donec primus verſus ſit finitus.

16 Quamdiu qui celebrat Miſſam Conuentualem ante Altare proſtratus orationem facit, nullus tranſit iuxta eum, aſcendendo, vel deſcendendo gradum Altaris, & dum veſtibus ſacerdotalibus indutus ſedet, vel ſtat in cathedra, nullus tranſit inter Altare & ipſum, ſed ſi quis habet aſcendere ad Altare, à parte lectorij Euangelij, aſcendit: & tranſiens ante Sacerdotem, verſa ad eum facie reuerenter inclinat.

17 In Canone Miſſæ niſi neceſſitas aliud cogat, & in Capitulo quando aliquis diſciplinandus eſt,

caputia ex toto vestimus: alio tempore in omnibus locis ita vt facies nostræ appareant illa tenere debemus. Oculi tamen religiosè componendi sunt semper & vbique: ac potissimùm in Ecclesia & Refectorio.

18 Manus quoque, vbicumque sine cappa sumus, extra cucullam simul, & vna alteri inserta sine digitorum intricatione sunt gerendæ: nisi nobis aliquid agendum esset.

19 Nouitij cùm cappas habent in choro vel alibi, quando inclinãt vel sedent, oras hinc inde ante genua sua complicare debent: nisi teneant aliquid vel agant.

20 Dum ponuntur vel remouentur lectoria parua in matutinis pro cantandis responsoriis, quantùm possumus à strepitu caueamus: similiter & quando sedilia

eleuantur vel deponuntur.

21 Vitare etiam debemus, quoad fieri poteſt, tempore Diuini officij non ſolùm deſidiam atque ſomnolentiam, ſed ineptas etiam ac indecoras quaſcumque membrorum compoſitiones: quales ſunt extenſio, diuaricatio, ſeu cancellatio tibiarum inter ſedendum aut ſtandum, reuolutiones oculorum, aſpectus vagi, frequentes de loco in locũ diuagationes, oſcitationes cum brachiorum protenſionibus, ſternutationes procuratæ, aurium denique, vel dentium purgationes: ac reliqua huiuſmodi. Et ſi contingat intra formas ſpuere, aut emungere candelas, ipſa excrementa in capſas proiicienda ſunt, ac inuoluenda: verùm alibi, ſuper pauimentum ſeu terram.

22 Priore & Vicario abſentibus ſi Antiquior ſit de choro ſiniſtro:

transit ad dextrum pro inchoando, Te Deum.

23 De vltimo versu ipsius, Te Deum, dicere solent qui sunt in altero choro, Non confundar in æternum. Idem dicimus de vltimo versu Hymnorum à medietate: & de vltimo Kyrie eleison in Missis Conuentualibus.

24 Prior cantatis Horis, vel finita Missa aut alio Diuino officio, de Ecclesia primus exit: nisi aliqua necessitas eum manere compellat: deinde Vicarius, & postea cæteri per ordinem antiquitatis. Nec tunc aliquis remanere debet in Ecclesia, claustro, vel alibi: nisi necessitas euidens ipsum excuset.

De ordine & modo legendi Lectiones, & cantandi Responsoria in Matutinis.

CAP. XVI.

1 DIEBVS duodecim Lectionum Prior ſemper legit duodecimam, & vltimus in ordine, licet ſit Nouitius, primam: & qui ſequuntur, ſinguli per ordinem alias, etiam ipſe Procurator ſi aliqua euenerit ei.

2 Si tamen is cui contingit ex ordine nona lectio, nondum ſit ad Diaconatum promotus, ipſe decimam legit: & nonam alius qui primus poſt eum ſequitur ad Diaconatum promotus. Nona enim lectio & omnis alia in qua ſacroſanctum Euangelium legitur: ab his

tantùm qui ſaltem ad Diaconatum ſunt promoti, ſiue Profeſſi fuerint, ſiue Nouitij, legenda eſt.

3 Si quis autem eorum qui ex ordine debēt legere lectiones prædictas duodecim, defuerit, lectionem eius legere debet alius cui non eueniebat lectio (ſi copia Monachorum adſit) & non is qui ſequentem lectionem erat lecturus. Qui verò ſic legunt pro abſentibus, ſeruare debent antiquitatis ordinem inter ſe, vt eorum vltimus in ordine primùm legat: deinde penultimus & hoc modo reliqui ſuccedentes ſibi.

4 Quando tres tantùm ſunt lectiones, eas illi legunt quibus ex ordine tabulæ contingit. Pro quo notandum quòd tabula debet haberi in choro aut alibi affixa, in qua Emendator ſingulis hebdomadibus in Sabbato, ternos Monachos

chos ordinet & aſſignet, qui ea hebdomada debeant tres lectiones legere, quorũ primus ſit de iuniorib. quoad antiquitatem Religionis, Secundus ex mediis, ſeu prouectioribus, tertius ex ſenioribus.

5 Si tamen in æſtate nullũ feſtum trium lectionum infra hebdomadam occurrat, aſſignati in tabula pro lectione trium lectionum non mutantur in ſequenti Sabbato: donec illa Septimana finiatur in qua vnum ſaltem feſtum trium lectionum occurrit in quo legant. Porrò non debet aliquis à dicta tabula auferri, vel de nouo poni, donec curſus tabulæ ſit finitus, ſed recedentium, aut infirmantium, vel abſentium, qui tamen ſuam Hebdomadam inchoauerint, vices ſupplent, qui poſt ipſos lecturi ſunt: & nihilominus agunt vices ſuas in hebdomada ſubſequenti.

6 Notandum tamen quod infra octauas Paschæ & Pentecostes ex tribus lectionibus quæ tunc leguntur: Primam legit Diaconus hebdomadarius: Secundam Procurator, vel eo absente Antiquior: Tertiam Prior. A quibus autem in vigilia Natalis Domini lectiones legi debeant: infrà dicetur, cap.44. num.13. Duobus dieb. post festum sancti Thomæ Martyris intra octauas Natalis Domini, tres lectiones illi legunt: quibus similiter ex ordine tabulæ contingit.

7 Porrò tribus diebus ante Pascha, quādo nouem tantùm lectiones leguntur, nonam legit Prior: primam vltimus, & qui post eum sequuntur singuli singulas: excepto Sacerdote hebdomadario, Lectore Refectorij in die Cœnæ, & Cantore hebdomadario, & Diacono, ac his qui lecturi sunt in Missa Lectionem,

nem, vel Epiſtolam. Hi enim in domibus vbi eſt cōpia Monachorum, prædictis diebus non legunt Lectionem in Matutinis, ſed qui poſt eos ſequuntur,

8 Æſtiuo tempore quando vnica lectio in Matutinis dicitur: eam cum ſuo reſponſorio legit Cantor hebdomadarius.

9 In feſtis duodecim Lectionum is qui primam, qui quintam, qui nonam lecturus eſt lectionem, circa finem vltimi Pſalmi vel Cantici, nudat caput, deponit modeſtè ſedem ſuam, candelam accendit, & prouidet vt antequam incipiatur Gloria Patri, ſit ad Lectorium, ibíque ſimul cum Conuentu reuerenter inclinet ad ipſum Gloria Patri, depoſita laterna: & quando dicturus eſt verſiculum, antequam finiatur, laternam non reſumit, niſi poſtquam inclinauerit. Quòd ſi ad

lectorium nondum peruenerit, quando Gloria Patri dicitur, pro ſua tarditate debet ad pedē lectorij ſtatim, ac eò ventum fuerit, veniam ſumere. Dum dicitur Pater noſter, nec laternam deponit, nec inclinat.

10 Et obſeruandum quòd diebus duodecim Lectionum, qui primam & quintam Lectionem legunt, & tribus diebus ante Paſcha primam & quartam, linteum quod de more ſuper librum extenditur, in ſummitate libri ſeponunt: quod rurſum extendit qui lecturus eſt quartam lectionem, vel tribus diebus ante Paſcha tertiam, poſtquam eam legerit. Similiter facit qui lecturus eſt octauam prædicto tempore, & tribus diebus ante Paſcha, ſextam. Qui verò de duodecim Lectionibus legunt nonam, vel tribus diebus ante Paſcha ſeptimam, dictum linteum plicant & in loco

ſuo

ſuo reponunt : antequam legant lectionem. Similiter qui quintam: quando ſunt duo libri.

11 Iube Domne ſemper dicit Lector ante librum,tenendo laternam : nec tunc debet illũ vel alium librũ reuoluere. Data benedictione, lectionem non incipit donec omnes demiſerint ſedes ſuas: quæ non priùs demitti debent quàm reſponſúm fuerit à ſingulis, Amen.

12 Qui autem legit vltimam lectionem, omni tempore extincta candela,reportat librum à lectorio in locum ſuum : excepto Priore, qui nec extinguit candelam, nec librum claudit, ſed Sacriſta vel eius coadiutor, ipſo impedito.

13 Qui etiam octauam lectionem legit de ſacris Bibliis, ea lecta reportat librum Bibliorum in locum proprium,& pręparat in lectorio alium librum in quo Homilia

eſt

eſt legenda: & generaliter qui in Conuentu aliquid legit ad lectorium, ſi poſtea de alio libro legendum ſit ibidem, clauſo priori debet poſteriorem lectorio ſuperponere,vel ipſum lectorium vertere,ſi in eo iam ſit ſuperpoſitus liber legendus.

14 Qui poſt primam, quintam, & nonam, vel tribus diebus ante Paſcha poſt primam, quartam, & ſeptimam,aliam lecturus eſt lectionem, quando verſus præcedentis reſponſorij dicitur, vel etiam antè, nudat caput,& ad lectorium pergit.

15 Qui lectiones legunt, non innitantur ad librum, & viua voce, apertè,& diſtinctè eas ſic legant, vt intelligantur: atque ab aliis attentè, & ſine ſtrepitu audiantur.

16 Finita lectione Lector non inclinat, ſed emungit candelam, & prouidet vt ſequenti lectioni ſufficiat.

17 Vltimi in ordine candelas per chorum accendunt tam tempestiuè, vt post earum accensionem, valeant ad sedes remeare antequam incipiatur Responsorium: & quando habent illud cantare, penultimi supplent vicem eorum.

18 Insuper qui quartam lectionem diebus duodecim lectionum lecturus est, primũ Responsorium inchoat: qui octauam, quintum: qui duodecimam, nonum. Similiter qui diebus trium lectionum, & tribus diebus ante Pascha, tertiam lectionem lecturus est, primum Responsorium dicit: qui sextam, quartum: qui nonam, septimum. Cæteri verò dicunt Responsoria, quæ sequuntur lectiones proximè sequentes eam quam legerunt.

19 Qui autem cantaturus est Responsorium, cùm dicitur Tu autem, vel, Hæc dicit, nudat caput,

leuat

leuat ſedem ſuam, & verſa facie ad Altare, incipit illud: cantat ſimiliter verſum, atque Gloria Patri, quod diebus duodecim Lectionum poſt quartam, octauam, & duodecimam lectiones, ſed in feſtis trium lectionum poſt tertiam dicendum eſt ſemper: præterquam à Dominica de Paſſione vſque ad Paſcha, quando loco Gloria Patri, rurſus incipitur reſponſorium.

De cæremoniis ſeruandis in Officio Diuino, quod in cellis dicitur, tam de die, quàm de glorioſiſſima Virgine.

CAP. XVII.

1 QVANDO in cella Officium Diuinum ſoli vel aſſociati dicimus: eaſdem propemodũ cæremonias ſeruamus quas

in

in Conuentu. Nam iisdem temporibus & locis genua flectimus, vel inclinati oramus, & veniam sumimus, quibus in Conuentu dictum est debere fieri: quamuis non fiant tam profundæ inclinationes in priuato, ad euitandum officij interruptiones.

2 Ante Horas de die, Pater noster, & Aue Maria, dicimus nudato capite, surgentésque signamus nos, & inclinamus: & sic Horas incipimus, caput non tegentes, donec tam ad Matutinas, quàm ad cæteras Horas antiphonam cum versu primo primi Psalmi dixerimus. Ante versiculum lectiones præcedentem nudamus caput, nec illud cooperimus, donec omnes lectiones cum suis responsoriis finitæ fuerint: & Psalmi sequentis primum versum dixerimus. Lectiones autem cum responsoriis erecti dicimus,

leuat ſedem ſuam, & verſa facie ad Altare, incipit illud: cantat ſimiliter verſum, atque Gloria Patri, quod diebus duodecim Lectionum poſt quartam, octauam, & duodecimam lectiones, ſed in feſtis trium lectionum poſt tertiam dicendum eſt ſemper: præterquam à Dominica de Paſſione vſque ad Paſcha, quando loco Gloria Patri, rurſus incipitur reſponſorium.

De cæremoniis ſeruandis in Officio Diuino, quod in cellis dicitur, tam de die, quàm de glorioſiſſima Virgine.

CAP. XVII.

1 QVANDO in cella Officium Diuinum ſoli vel aſſociati dicimus: eaſdem propemodũ cæremonias ſeruamus quas in

in Conuentu. Nam iiſdem temporibus & locis genua flectimus, vel inclinati oramus, & veniam ſumimus, quibus in Conuentu dictum eſt debere fieri: quamuis non fiant tam profundæ inclinationes in priuato, ad euitandum officij interruptiones.

2 Ante Horas de die, Pater noſter, & Aue Maria, dicimus nudato capite, ſurgentéſque ſignamus nos, & inclinamus: & ſic Horas incipimus, caput non tegentes, donec tam ad Matutinas, quàm ad cæteras Horas antiphonam cum verſu primo primi Pſalmi dixerimus. Ante verſiculum lectiones præcedentem nudamus caput, nec illud cooperimus, donec omnes lectiones cum ſuis reſponſoriis finitæ fuerint: & Pſalmi ſequentis primum verſum dixerimus. Lectiones autem cum reſponſoriis erecti dicimus,

cimus,& dicto Tu autem,inchoantes responsorium modicè inclinamus: & iterum post versum.

3 Quòd si soli officium persolvamus, non est ante lectiones dicendum (Iube Domne Benedicere:) ipsæ tamen benedictiones præcedere debent lectiones. Et quandocumque legitur Euãgelium aliquod inter diuina,qui Sacerdos est, vel Diaconus tantùm dicit etiam solus (Dominus vobiscum:) non sibi respondens (& cum Spiritu tuo.)Reliqui verò inferiori aut nullo ordine sacro initiati,dicunt,Domine exaudi orationem meam.

4 Ad omnium Horarum Capitula nudamus caput, eísque dictis inclinamus, nec ipsum tegimus: donec preces quæ sequuntur cum orationibus, & commemorationinibus finitæ fuerint.

5 Preciosa post Primam cum

precibus

precibus adiunctis, nudatis capitibus, & provt tempus postulauerit, genibus flexis aut inclinati dicimus: sicut & preces ad Primam.

6 Ad psalmodiam numquam soli sedemus, nisi infirmitate, debilitate, aut alia necessitate exigente, sed stantes psallimus, quamuis liceat sedibus nostris inniti, vt sit in Conuentu.

7 Si verò plures simul dicant: alternatim seruent morem Conuentus. Et tunc Antiquior incipit Deus in adiutorium, Hymnos, primos Psalmos in omnibus Nocturnis, Laudibus, & Horis, dat benedictiones ante omnes lectiones: Exceptis quatuor lectionibus homiliæ, quas ipse dicit cum responsoriis. Dicit etiam Capitulum, inchoat Kyrie eleison, & preces, & omnes orationes, ac Euangelium legit. Inchoat etiam semper Te

Deum, Deus misereatur nostri, Benedictus, & Magnificat. Iunior autem incipit Inuitatorium, dicit Venite, & versiculos ante lectiones, & ante orationes in commemorationibus. Parua responsoria cum suis versiculis, & Gloria Patri. Item respondet Antiquiori ad capitula, preces, & orationes: subiungit Benedicamus Domino post Laudes & Vesperas, & post commemorationes. Si tantùm tres sint lectiones, eas dicit cum responsoriorum versiculis. Si autē duodecim sunt: ad quatuor vltimas benedictionem largitur. Quòd si tres simul dicant officium: vltimus dicit quatuor priores lectiones, secundus quatuor sequentes, & Antiquior quatuor vltimas.

8 Cæterùm qui lectiones legit, non dicit, Et ne nos, non benedictiones largitur: sed alius, etiamsi

non

non ſit Diaconus. Et qui lectiones legit, reſponſorium ſequens dicit cum aliis: ſed verſiculum ſolus, cum Gloria Patri, quando dicendum fuerit, nec tenetur repetere partem reſponſorij: niſi huiuſmodi reſponſoria pro Gloria Patri repetenda eſſent ex integro. Simul omnes dicunt, Domine ad adiuuandum cum Gloria Patri,& Sicut erat ſequenti, & antiphonas, Salue regina, & omnes commemorationes. Cætera provt cuique conuenit: cum decenti ſemper diſtinctione in medio verſus, & caueatur ne vnus incipiat verſum antequam alter ſuum finierit.

9 Cæterùm quoties aliqua ſimul dicunt, ea ita ſubmiſsè dicant: vt alter non impediat alterius attentionem & deuotionem.

10 Quoties ſeptem Pſalmi Pœnitentiales cum Litaniis ex debito

dicendi ſunt, vt fit in Quadrageſima ferialibus diebus, Pſalmos ſtando aut ſedibus innitendo, dicimus capitibus coopertis: Litanias autem & preces flexis genibus, & nudatis capitibus.

11 In priuato officio de Domina, omni tempore genua flectimus & capita nudamus ad Aue Maria, ante Horas, & Salue regina, cum orationibus ſequentibus. Ad Pſalmos autem Deus venerunt, & Ad te leuaui, cum ſequentibus precibus, inclinamur quidem pro temporis exigētia ſuper miſericordias, aut in genua prouoluimur: ſed nudata ſemper tenemus capita.

12 Totum inſuper vtrumque Miſſæ officium, tam in Aduentu, quàm reliquis anni temporibus dicendum, capita ſimiliter nudata tenentes, perſoluimus: ſicut Euangeium quoque (In principio erat) cum

cum versu Te decet laus, ac orationibus sequentibus, quando dici debet. Et dum in officio Missæ, Salue sancta parens, primò incipitur, flexis genibus veniam sumimus: non autem cùm repetitur, sed tantùm inclinamus.

13 Dicimus præterea nudatis capitibus, & flexis genibus, vel inclinati provt tempus postulat, post Completorium Sancta Maria, cum subiuncta oratione, & Pater noster ter, ac toties Aue Maria.

14 Quoties post Euangelium, (In principio erat) dicitur versus, Te decet laus, cum subiunctis orationibus: profundè super misericordias inclinamur. Et quando in lectione (Missus est) ad Matutinas dicimus (Aue gratia plena) sumimus veniam: nec surgimus donec dixerimus (Benedicta tu in mulieribus.) Sic sumitur venia quoties

incipimus antiphonā (Sancta Maria succurre) in Completorio, ad Salue regina post Horas, ad versiculum Aue Maria: dúmque dicitur in Euangelio, Et verbum caro factum est.

15 Quando plures simul persoluunt officium Missæ, simul dicunt Introitum cum Gloria Patri, & Gloria in excelsis, responsorium cum Alleluia, siue Tractu, Offertorium & Communionem: Iunior autem dicit Epistolam, Antiquior incipit Gloria in excelsis, legit Euangelium & orationes, & dicit Benedicamus Domino in fine vltimæ orationis.

16 Sed quando petenda sit benedictio ante lectiones Matutinarum, & à quibus ante Euangelium dici debeat Dominus vobiscum, habetur suprà: n.3. & cap.28.n.19. in aliis omnibus Conuentuales cæremoniæ

moniæ ſeruandæ ſunt.

17 Ad benedictionem menſæ in priuato, ſtamus nudatis capitibus. Et dicentes Gloria Patri, Pater noſter, & Aue Maria, inclinamus. Ad Gratias, ſtãtes eodẽ modo dicimus omnia, vſque ad Gloria Patri poſt Miſerere, ad quod, & preces ſequentes inclinamur, vel genua flectimus: provt tempus poſtulauerit.

18 Si quando nos ad ſedendum inter diuina, debilitas euidens, vel nimia laſſitudo compellat, ſaltem ad inceptionem officij, ad Inuitatorium, ad orationẽ Dominicam, ad Capitulum, & preces ſurgere, aut genua flectere, ſi poſſumus, non omittamus. Et ſi in lecto, ægritudinis cauſa decumbamus, reuerentiam nihilominus aliquam faciamus, provt poterimus. In officio enim Dei ſeruanda eſt ſollicitè vbique reuerentia & honeſtas, cum

vbique eadem ſit eius, cui loquimur & aſtamus, Maieſtas & Diuinitas, nos intuens & attendens.

19 De inclinationibus autem, genuflexionibus, ac cæremoniis reliquis quæ in officio Defunctorum ſeruari debent, ſuo loco agetur, cap.35. num.5.

De modo cantandi, & pſallendi.

Cap. XVIII.

1 QVia boni Monachi officium eſt plangere potiùs, quàm cantare, ſic cantemus voce, vt planctus non cantus delectatio ſit in corde: quod gratia præueniente poterit fieri, ſi ea quæ cantando vanam, ſeu vitioſam delectationem afferunt, amputentur, vt eſt fractio, & inundatio vocis, geminatio puncti, & ſimilia: quæ potius

ad

ad curiositatem attinent, quàm ad deuotum & simplicem cantum.

2 Formam igitur psallendi teneamus, quam docet B. Bernardus in sermone 47. super Cantica canticorum: de Officio Diuino dicens. Ex regula nostra nihil operi Dei præponere licet. Quo quidem nomine, Laudum solennia quæ Deo in oratorio persoluuntur quotidie, Pater ideò Benedictus voluit appellare, vt ex hoc clariùs aperiret, quàm nos operi illi vellet esse intentos. Vnde vos moneo, dilectissimi, purè semper, & strenuè Diuinis interesse laudibus. Strenuè quidem: vt sicut reuerenter, ita & alacriter Domino assistatis. Non pigri, non somnolenti, non oscitantes, non parcentes vocibus, non præcidentes verba dimidia, non integra transilientes, non fractis & remissis vocibus muliebre quiddam balba

de nare ſonantes, ſed virili, vt dignum eſt,& ſonitu & affectu voces ſancti Spiritus depromentes. Purè verò: vt nihil aliud dum pſallitis, quàm quod pſallitis cogitetis. Nec ſolas dico vitandas cogitationes vanas & otioſas: Vitandæ ſunt & illæ,illa dumtaxat hora & illo loco, quas Officiales Fratres pro communi neceſſitate quaſi neceſſariò frequenter admittere compelluntur. Sed ne illa quidem profectò recipere tunc conſuluerim, quæ fortè paulò antè in clauſtro ſedentes in codicibus legeratis: qualia & nunc me viua voce differente, ex hoc auditorio Spiritus ſancti reportatis. Salubria ſunt: ſed minimè illa ſalubriter inter pſallendum reuoluitis. Spiritus enim ſanctus illa hora gratum non recipit,quidquid aliud quàm debes, neglecto eo quod debes, obtuleris.

3 Pſal

3 Psalmodiam non multùm protrahamus: sed rotunda & viua voce cantemus. Principium, medium, & finem versus, simul intonemus: & simul dimittamus. Punctum, hoc est vltimam syllabam, seu notam medietatis & finis versus, nullus teneat: sed citò dimittat.

4 Post medium versus, bonam pausam faciamus. Nullus ante alios incipere, & nimis currere præsumat, aut post alios nimium trahere, vel punctum tenere. Simul cantemus, simul pausemus: semper ad voces aliorum auscultantes.

5 Quæ autem sequuntur: proprium & distinctum ab inuicem cantandi modum habent. Videlicet lectiones Matutinarum, orationes ad Missam; Epistolę, & Euangelia, ac psalmodia. Verumtamen interrogationes eodem modo in

Epiſtola & in Euangelio fiunt. Nec fit punctum eleuatum in medio verſus in quo eſt interrogatio: in verſibus autem qui habẽt circumflexum & interrogationem, non incipit modus interrogationis, niſi poſt circumflexum.

6 Quæ verò ſequuntur, cantari debent ſicut lectiones Matutinarum, benedictio Cereorum, Cineris, & Ramorum, & orationes quæ iſtas benedictiones ſequuntur, lectio Refectorij, Euangelium mandati, lectio poſt Nonam in clauſtro, oratio ſuper Nouitium, orationes exorciſmi ſalis & aquæ, lectiones quæ ante Epiſtolam ad Miſſam aliquando leguntur, excepta earum finali terminatione, orationes poſt Nocturna diebus ferialibus, & diebus feſtis ad Primam, Tertiam, Sextam & Nonam, quotieſcumque huiuſmodi Horarum orationes dicuntur

cuntur in Conuentu, orationes Agendæ & ſepulturæ, & lectiones Agendæ: excepta earum terminatione, quæ cantantur ſicut verſiculi tribus diebus ante Paſcha. Exorciſmus etiam ſalis & aquæ ſimiliter cantatur: excepto quòd non terminatur puncto finali, ſed circumflexo.

7 Orationes autem quæ poſt Euangelium ad Matutinas, & quæ ad Laudes, & Veſperas dicuntur tam poſt preces, quàm poſt ſuffragia & commemorationes, cantantur ſicut orationes ad Miſſam Conuentualem.

8 Pſalmi qui dicuntur in Agenda, & in officio ſepulturæ, & in deductione Nouitij, & Miſerere mei Deus in Gratiis, & in precibus omnium Horarum, cantantur recta & vniſona voce, ſine circumflexo in fine, ſicut cantari ſolet Symbolum

Quicumque vult saluus esse, ad Primam diebus Dominicis. Preces tamen ad Horas cantantur tam à Sacerdote, quàm à Conuentu, cum circumflexo in fine.

9 Neuma siue iubilus, vel cauda, quæ aliquando habetur in fine versus Alleluia, die sibi deputato tantùm cantatur, & non quando aliàs repetitur idem versus. Excipiuntur Purificatio sanctissimæ Genitricis Dei, & Dedicatio Ecclesiæ: in quibus Neuma illud cantatur, quamuis alio tempore cantatum fuerit.

10 In domibus Ordinis, in quibus sunt octo Monachi incluso Priore, diurnum pariter & nocturnum officium cum cantu celebretur, saltem quamdiu sex ex illis sani præsentes interfuerint.

De Cantoribus chori.

CAP. XIX.

1 CANTORES qui singulis choris præficiuntur, iuxta descriptam supra cap. 18. num. 1.2.3.& 4. psallendi & cantandi formam, debent ipsi psallere & cantare, atque alios qui nimis lentè, vel festinanter nimis, aut aliter quàm est præscriptum psallere & cantare præsumpserint: modestè quidem in ipso choro corripere ac emendare, tamen viriliter & absque timore vllo.

2 Ipsorum etiam est incipere, Domine labia mea aperies, & Hymnos, item Psalmos ac Cantica, quando antè intonatur antiphona. Verumtamen Psalmos qui

dicun

dicuntur in Agenda, Cantores non incipiunt: ſed omnes de choro ſimul.

3 Totum etiam cantum qui ad Miſſam pertinet, Cantores incipiunt, & in feſtis quidem Solennibus, Kyrie eleiſon, Gloria in excelſis, Sanctus, & Agnus, cum ſolenni tono cantant: in Feſtis verò duodecim Lectionum prædicta in Dominicali tono intonant, quemadmodum & in Miſſis Sabbatorum de Domina, aliiſque votiuis per hebdomadam ex ordinatione Præſidentis, De ſanctiſſima Trinitate, Euchariſtia, Spiritu ſancto, Beata Maria, & Angelis. In Miſſis autem votiuis de Cruce, de Aſcenſione, vel Epiphania Domini, intra octauas dictarum Solennitatum, & in Miſſis feſtorum trium lectionum, vigiliarum, tribus exceptis, & ieiuniorum atque Defunctorum, in Miſſis

Missis etiam Dominicalibus quæ super hebdomadam dicuntur, & quoties Gloria in excelsis non est dicendum tempore quo dici solet: Cantores, Kyrie eleison, feriali tono inchoant.

4 Cantorum est insuper incipere antiphonam (Lumen ad reuelationem) in Purificatione, antiphonam (Collegerunt) in Dominica Palmarum, in Cœna Domini antiphonas ad Mandatū, in Parasceue responsorium (Popule meus) cum sequentibus quæ cantantur quando Crux adoratur: responsoria quæ cantantur in sepultura Defuncti.

5 Quando etiam incœptum est, Te Deum laudamus, Asperges me, Gloria in excelsis, Credo in vnum Deum: Cantor vnam aut plures dictiones solus prosequitur voce conuenienti.

6 Quoties autem Cantor aliquid

incipit altè vel ſubmiſsè, ſic tonum temperare debet, vt omnes abſque moleſtia eum attingant.

7 Quòd ſi Cantor chori, in Miſſa Conuentuali officiū Diaconi exerceat, in ſede ſeruitoris incipit Introitū Miſſæ, Kyrie eleiſon, & (In terra pax) reſponſorium poſt Epiſtolã, (Alleluia) vel Tractum: & Solennibus diebus dumtaxat (Sanctus.) Cætera ſcilicet (Patrē) poſt Credo, Offertorium, (Sanctus) diebus non ſolennibus (Agnus Dei) & Communionem incipit Succentor.

8 Quando etiam Cantor poſt Miſſam à ſe in Conuentu celebratam remanet in ſede ſeruitoris indutus cuculla Eccleſiaſtica in Veſperis, ibidem intonat Pſalmos.

9 Et cùm aliquid ex officio ſuo incipit, caputium remouet : excepto, Agnus Dei & Communione, & quamdiu çantatur verſus primus Hymni

Hymni, vel Pſalmi, nõ innititur nec caput operit: eo autem finito non inclinat, ſed caput tegens in ſede ſua ſe reponit.

10 Quando autem incipit Hymnum, Aue maris ſtella, aut Veni creator, non accipit veniam, niſi finito primo verſu. Similiter ſi errat intonãdo Pſalmum aut Hymnum, nõ accipit veniam, niſi finito verſu.

11 Dum Hora canitur, licet Cantorib. ea inſpicere quæ ſunt ex officio cantãda ſi opus fuerit: Alioquin & ipſi & alij à reuolutione, ac inſpectione librorum abſtineant.

12 Cantores in choro ſuo, Pſalmorum tonos exaltant, vel ſubmittunt, ſicut & reliquum diuini Officij cantum, cùm videtur id expedire: nullus tamen alius eis præſentibus, exceptis Priore vel Vicario. Ipſis autem abſentibus, vel impeditis, ſuccentores hoc faciunt.

Ipſis etiam præpeditis, antiquior chori, qui poteſt, vices eorum ſupplet: niſi Prior alium deputauerit.

13 Et quamuis Cantor præſens nõ exerceat officium ſuum propter aliquod impedimentum: debet tamen, ſi commodè poteſt, antiphonam quæ ſibi contingit inchoare.

14 Cùm incipit Hymnos, Pſalmos & Cantica, vſque ad pauſam debitam ſolus canit, atque pauſam hanc faciens breuem, reliquam illius verſus partem, primus proſequitur.

15 Cantor chori verſa facie ad Altare incipit quæ ſequuntur (Domine) poſt Aſperges me, (Et in terra pax) poſt Gloria in excelſis, & (Patrem) poſt Credo, & Agnus Dei & Communionem & Reſponſorium (Popule meus) cum cæteris in die Paraſceues. Cætera incipit verſa facie ad chorum.

De

De Cantore hebdomadario.

CAP. XX.

1 CANTORIS hebdomadarij officium alternatim vnusquisque in choro suo sic facit per ordinē (excepto Priore & Procuratore:) vt numquam in eodem choro simul sit cum Sacerdote hebdomadario.

2 Porrò ad ipsum Cantorem pertinet cantare in Matutinis Inuitatorium cum Psalmo, Venite, Nocturnorum versiculos, paruam lectionem æstiuo tempore, cum suo Responsorio, Versiculo, & Gloria, Responsorium paruum ad Laudes, versiculum ante Benedictus, & Benedicamus Domino. Commemorationes etiam omnes post

Laudes incipit, & versiculos earum dicit: rursúmque post omnes Benedicamus repetit,

3 Ad Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam, tantùm antiphonam ante Psalmos inchoat: & versiculum post Capitulum cantat. Ad Vesperas Responsorium magnum inchoat, paruum verò integrum cantat, versus eorum, & Gloria dicit: aut si Gloria non dicitur, Responsorium repetit, Versiculum ante Magnificat cantat: & Benedicamus Domino cum commemorationibus, sicut post Laudes.

4 In Officio etiam Defunctorum antiphonas ante Psalmos inchoat, & versiculos dicit, eo excepto, qui post responsorium vltimæ lectionis dicitur: (quem dicit is qui prædictam lectionem legit) & tres priores Agendæ lectiones cum versiculis responsoriorum, qui

post

post eas dicuntur, cantat. Tres autem ſequentes lectiones dicit is, qui in alio choro ſequenti hebdomada futurus eſt Cantor,& poſtremas tres dicit Vicarius Cantoris hebdomadarij in ſuo choro.

5 In his autem omnibus ſequentes cæremonias ſeruat. Ad omnia quæ dicit ratione ſui officij, caputium remouet. Inuitatorium, verſiculos ad omnes Horas, reſponſoria omnia parua & magna, Benedicamus Domino, Commemorationes omnes cum eorum verſiculis (exceptis his quas inclinati ſuper miſericordias cantamus) paruam lectionem in Matutinis, & lectiones Agendæ cum reſponſoriis, dicit verſa facie ad Altare: Antiphonas verò tam Agendæ quàm ad omnes Horas, & verſiculos Agendæ,verſa facie ad chorũ cantat.

6 Antequam Inuitatorium incipiat,

cipiat, nudat caput, nudatúmque tenet, donec finito Venite, rursus ipsum inceperit Inuitatorium. Post primam incœptionem Inuitatorij caput ad Altare inclinat, & iterum vltimo versu Psalmi Venite dicto: deinde post Gloria Patri: postremò facta Inuitatorij repetitione.

7 Quòd si erret in cantando Venite, finito versu in quo defecerit, veniam accipit: similiter quando ad Inuitatorium (Christus natus est) die Natalis Domini: vel (Aue Maria) in solennitatibus beatissimæ Virginis Mariæ, Conuentus capit veniam, Cantor hebdomadarius incœpto Inuitatorio statim inclinat, & veniam accipit: & pariter incœpto paruo Responsorio (Aue Maria) ad Laudes, statim veniam accipit, nec expectat donec (Gloria Patri) cantauerit.

8 Quando Inuitatorium nimis depri

deprimitur, nonnisi semel, & hoc post finem tertij versus ipsum licet exaltare: Conuentu altius resumente, & Cantore hebdomadario in tono resumpto prosequente.

9 Si Cantor hebdomadarius non fuerit in principio Matutinarum,& Vicarius eius inceperit Inuitatorium, sed antequam inceperit Venite, Cantor venerit, ipse Cantor cantabit, Venite. Si verò Vicarius eius iam inceperit Venite, ipsum perficiet, sed postea in reliquis Cantor suum officium exercebit.

10 Porrò Inuitatorium integrum semper repetit Conuentus post primum, tertium, & quintum versum Psalmi Venite, post secundum autem, & quartum versum eiusdem Psalmi, & post Gloria Patri, posterior eius pars dumtaxat repetitur. E contrario à Dominica in Passione vsque ad Cœnam Domi-

ni, nisi officium agatur de aliquo Sancto, post primum, tertium, & quintum versum Psalmi Venite, posterior tantùm pars Inuitatorij à Conuentu repetitur: & post secundum & quartum versum, integrum dicitur: quia tunc Gloria Patri non subsequitur Venite, sed repetita à Conuentu parte Inuitatorij post vltimum versum, Cantor statim illud à principio repetit, & sic ab Altari facies nostras auertimus.

11 Ad Laudes & Vesperas Cantor remouet caputium, antequam dicat primum Benedicamus Domino, nec rursus induit donec vltimum dixerit. Ad vtrumque Benedicamus inclinat. Ad commemorationes verò quæ fiunt inter duo Benedicamus, non inclinat, nec post antiphonam, nec post versiculum: exceptis Salue regina, & ver-

siculo

ulo Aue Maria, post quæ in-
pta, tam ad Laudes quàm ad
speras veniam capit, sicut & cæ-
i.
2 Ad versiculos Nocturnorum,
udum & Horarum omnium in-
nat: ad Lectorium verò versicu-
n deposita laterna cantat, & in-
nat: Ad Horas, antiphonas ver-
facie ad Chorum inchoat, &
cto primo versu Psalmi, versa fa-
ad Altare inclinat. Ad antipho-
s autem Agendæ & versiculos
ısdem, non inclinat.
3 Quando responsoria siue ma-
a, siue parua cantat, semper ha-
t caput nudatum, & versam fa-
em ad Altare: & in his trinam
cit inclinationem, scilicet incepto
sponsorio, versu cantato, & Glo-
Patri absoluto: vel post respon-
rium eius loco repetitum.
14 In omnibus Nocturnis &
Matutinis

Matutinis Laudibus, ac Veſperis antiphonæ primæ, & illæ quæ præcedunt Benedictus & Magnificat, in Choro Cantoris hebdomadarij ſemper incipiuntur ab his quibus ex ordine contingunt: ab Antiquioribus ad Iuniores progrediendo. Quicumque autem antiphonam inchoat, ipſam proſequatur ad virgulam vſque, ſeu punctum in libris ſignatum: & ſi ſuus interim ſedeat Chorus, non leuat ſedem pro inchoanda antiphona, ſed tantùm ſurgit: quod etiam obſeruat is qui Pſalmum intonat.

15 Porrò antiphonæ reſumuntur, ſi fieri poteſt, (obſeruata ſemper modeſtia,) in tono quo pſalmodia finitur. Aliàs Cantore chori inchoante & Conuentu proſequente, altiùs ſeu ſubmiſſiùs reſumi poſſunt prodecore Officij.

16 Intonatio Hymnorum omnium

m atque Pſalmorum, qui pri-
inchoantur ibidem, ſicut eo-
n quæ in Miſſa per Conuentum
ntantur, & reliquo Diuino Offi-
o: pertinet ad illius chori Canto-
m, in quo eſt Cantor hebdoma-
rius.

e Emendatore, & libris in Refectorio legendis.

Cap. XXI.

IN omnibus quæ ſoli dicimus, emendat is qui à Priore inſtitutus eſt Emēdator, (qui vt plurimum debet eſſe Vicarius:) & cùm inter emendandum dicit, Iterum, aut ſignum aliquod facit, per quod indicat ſe ſatis non intellexiſſe legentem, debet Lector verſum repetere, correctioni acquieſcere, & humiliter atque patien

patienter ſuſcipere correctionem abſque excuſatione aliqua:niſi Præſidens ipſum Correctorem mendosè corrigere declararet. Qui verò aliter Correctori ſuperbè reſpõderit, aut cum eo contenderit, vel ei reſtiterit, culpam in ſequenti Capitulo clamet, & pro grauitate ſuperbiæ & contradictionis, ſic puniatur, vt cæteri talia agere pertimeſcant.

2 Emendator autem cum omni modeſtia & lenitate alios emendare debet: verùm in primis, iterum dicere, aut ſignum dumtaxat facere, vt verſus repetatur. Quòd ſi in Eccleſia corrigendo errauerit, ipſe ſtatim ac ſuum perceperit errorem, veniam ſuper formam non differat ſuſcipere.

3 Abſente Priore, & ſimul Correctore, corrigit Vicarius, aut is quem Prior ſubſtituerit in Correctoris

ctoris locum: aliàs emendat Antiquior. Quando autem erratur in cultu Diuino, & nullus ex his ad quos ſpectat errorem corrigere, animaduertit, quicumque alius id obſeruauerit, Emendatori ſignificet, ne abeat error abſque correctione.

4 Emendatoris eſt præterea ſingulis Sabbatis tabulam trium Lectionum diſponere, & poſt octauas Pentecoſtes ſimul cum Sacriſta ordinare tabulam, in qua reſponſoria notantur, quæ ſingulis feſtis trium Lectionum per totum annum, excepto Paſchali tempore, occurrentibus cantari debent.

5 Ad ipſum denique pertinet ea quæ in Refectorio legenda ſunt, Lectoribus eum conſulentibus iuxta ſequentes regulas demonſtrare.

6 Quoties in Dominica contingit

git agi Officium de duodecim lectionum Festo, primò legitur Homilia Dominicalis, nisi in præcedenti Dominica lecta, aut in subsequenti legẽda fuerit, sicut aliquando contingit in Dominicis ante Aduentum,& Septuagesimam. Et si illa Dominica habeat octo primas lectiones ex sermone aliquo, & non ex Bibliis, leguntur etiam illæ lectiones, vt fit quando Circumcisio, vel Epiphania Domini accidit in Dominica. Deinde legitur residuum homiliæ & sermonis festi illius, si legendum aliquid superfit,quod non sit lectum,nec habeat legi in alio festo. Postmodum de historia sacræ Scripturæ. At quando fit Officium de ipsa Dominica, primò legitur residuum Homiliæ eiusdem Dominicæ: deinde de Bibliis, nisi aliqua restent legenda,ex præ cedentibus festis.

7 Quando

7 Quando intra octauas Paschæ, Pentecostes,& duobus diebus post Festum sancti Thomæ Martyris intra octauas Natalis Domini, & intra octauas Corporis Christi, vel Assumptionis beatæ Mariæ, occurrit festum duodecim lectionum,de quo fieri debet Officium, tunc in Refectorio leguntur lectiones de octauis,quæ eo die in Ecclesia lectæ fuissent,nisi festum hoc occurrisset: Et si huiusmodi festum intra octauas Eucharistiæ, seu gloriosissimæ Virginis celebrandum, careat Capitulo, lectiones propriæ illius diei in quo celebratur, legi in Refectorio debent anteà.

8 Porrò in festis Capituli, vel Solennitatibus quæ super hebdomadam occurrunt, primò legitur residuum homiliæ, si legendum sit. Secundò residuum sermonis, de quo octo primæ lectiones in Ma-

tutinis ſunt ſumptæ. Tertiò, reſiduum homiliæ & ſermonis feſti elapſi, ſi quod præceſſerit ſine Capitulo habens reſiduum, quod in alio feſto nec lectum ſit, nec legendum. Quartò, hiſtoria Bibliorum, quando legenda occurrit. Quintò, vita Sancti cuius feſtum celebratur. Sextò, vitæ probatæ Sanctorum, ſi qui ſine Capitulo ante dictũ feſtum præceſſerint. Septimò, ſermones & tractatus probatorum Doctorum: in quibus ſunt patres noſtri, Dionyſius, Ludolphus, Lanſpergius, & Surius.

9 Quando autem Feſtum duodecim Lectionum, ſine Capitulo occurrit, ſequenti die poſt Dominicam, vel poſt aliud feſtum Capituli, poteſt in cœna præcedentis feſti legi vita Sancti illius, ſed non reſidua homiliæ & ſermonis: hæc enim ad ſequentem diem Capituli differuntur legenda.

10 Quando etiam in aliquo Feſto lectum eſt reſiduum ſermonis vel homiliæ, ſi idem ſermo, vel homilia rurſum in alio feſto legatur in Eccleſia, non debet reſiduum eorum legi in Refectorio. Similiter quando legenda ſunt in alio feſto reſidua, non debent in præcedenti feſto legi. Quamuis enim homiliæ ſæpiùs legantur in Eccleſia, tamen earum reſidua ſemel leguntur in Refectorio.

11 Quandocumque per totum annum Feſtum duodecim Lectionum occurrit in Dominica, in qua hiſtoria Bibliorum eſt inchoanda, ſi celebretur de Feſto, ipſa hiſtoria poſt homiliam Dominicæ, & poſt reſiduũ homiliæ & ſermonis feſti, in Refectorio inchoatur.

12 Quando ſuperabundant homiliæ Dominicales ante Aduentum, vel Septuageſimam, leguntur

in Dominica vltimæ hebdomadæ Aduentum, vel Septuagesimā præcedentis. Similiter quando octaua Epiphaniæ, feria secunda, vel tertia contingens, anticipatur Sabbato præcedenti, propter responsoria (Domine ne in ira) inchoanda: tūc homilia Dominicæ infra octauas legitur in die Epiphaniæ, cum octo lectionibus eiusdem Dominicæ.

13 Feria secunda Paschæ in Refectorio ad cœnam incipitur Esdras, & legitur ibidem ante festum Ascensionis, vnà cum Neemia.

14 Quando Festa duodecim Lectionum occurrentia, ante, vel intra octauas Paschæ, transferuntur ad hebdomadam octauas sequentem sine Capitulo celebranda, tunc Actus Apostolorum incipiuntur in Refectorio, Dominica in eisdem octauis: & quot festa huiusmo

huiusmodi occurrunt, tot terminationes tunc sunt legendæ.

15 Feria secunda Pentecostes, libri Paralypomenon in Refectorio ad Cœnam inchoantur: & ibi legendi sunt ex integro. Daniel incipitur ibidem in Cœna festi omnium Sanctorum: & totus illic legitur.

16 In sepultura Fratrum nostrorum, nisi sit Dominica vel Festum Capituli, legitur sermo beati Augustini de verbis Apostoli (Nolumus vos contristari) qui incipit (Admonet nos Apostolus:) Deinde [a]lius sermo eiusdem, qui incipit (Quando celebramus:) Postea le[gi]tur tractatus 49. eiusdem Docto[ri]s super Euangelium Ioan. cap. xj. [de] Lazaro suscitato, vel aliud ad [ar]bitrium Prioris.

17 Cæterùm quandocumque [ho]milia in Refectorio inchoanda

eſt à principio, Lector non dicit (Lectio ſancti Euangelij), ſed dumtaxat (ſecundùm Matthæum) vel alium Euangeliſtam (In illo tempore,) &c. Quando verò homilia non incipitur ab initio, dicitur ſic: (Ex homilia beati N.) ſimiliter dicitur ex ſermone beati, vel ex vita Sancti, ex libro Geneſeos, Exodi, Leuitici, Numerorum, Deuteronomij, ex libro Regum, vel Paralypomenon primo, vel ſecũdo, &c. Ex libro Prouerbiorum Salomonis, ex libro Eccleſiaſtes, ex libro Eccleſiaſtico, ex Iſaia Propheta, ex Ezechiele Propheta, ex Daniele Propheta, ex Hieremia Propheta, & ſic de cæteris Prophetis, ex Epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Romanos, vel ad Corinthios prima, ex libro Actuum Apoſtolorum, ex libro Apocalypſis, ex Epiſtola beati Petri, vel Iacobi, vel Ioannis, vel Iudæ.

dæ.Sic inquam prædicta à Lecto-
dicuntur: quando non inchoan-
r à principio libri, ſed iam in-
ıoata proſequitur Lector.

18 Notandum inſuper quòd
ector Refectorij libros ſacrorum
bliorum legendo, debet expri-
ere numerum Capitulorum ſicut
ccurrit. Et ſi quidem lectionem
choet à Capitulo iam in præce-
enti Lectione inchoato, ſic di-
t: Ex libro tali, Capitulo tali. Si
erò à principio Capituli incipiat,
cit: Ex libro tali, Capitulum tale.

19 Porrò in numeratione Capi-
ılorum ſicut & in lectura Kalen-
ırij, quæ fit ante lectionem Mar-
rologij, à duodecimo numero,
ſque ad viceſimum excluſiuè, mi-
or numerus in pronunciando
aiorem debet apud nos præcede-
: ſic dicendo, capitulum tertium
ecimum, quartum decimum, &c.

De Infirmario.

Cap. XXII.

1 AD Infirmarium ſpectat abſentes ab Eccleſia requirere, infirmos viſitare, & in dicendo Officio eos adiuuare.

2 Cùm itaque Prior, vel Sacerdos Hebdomadarius principio matutinarum non interſunt, ſtatim finito Gloria Patri, poſt (Deus in Adiutorium) Infirmarius exit ad quærendum eos, ad alios autem,& etiam ad iſtos, ſi diutiùs infirmentur, exit finito (Gloria Patri Pſalmi Domine quid multiplicati.) Ad Primam verò & cæteras Horas,exit finito (Gloria Patri) poſt Deus in adiutorium.

3 Cùm autem Monachus ægrotans

ns exit ab Ecclesia, obtenta prius entia à Præsidente, signum facit firmario, vt statim eum, si eius iutorio indigeat, sequatur: & hilominus si Infirmus ad Ecclesiam non venit, vel ab ea ægrotans xit, properet ad eum Infirmarius, t exhibeat quidquid potest humaitatis.

4 Verumtamen de ipsorum cibo & potu præparando, non ad eum, sed ad Coquinarium pertinet. Monere tamen debet Coquinarium, vt Infirmo de necessariis prouideat, donec frater aliquis Conuersus, aut alius minister, eius corporali curæ & subuentioni fuerit deputatus, si infirmitatis magnitudo id postulet.

5 Si infirmi dicere Officium possunt, dicere tenentur: si verò iudicio suæ non errantis conscientiæ, vel Prioris, dicere non possunt, ex-

cuſantur, nec tenentur illud ab alio audire, & propterea non tenetur Infirmarius coram eis illud recitare. Si tamen ipſi illud requiſierint, & Priori placuerit, exit ad recitandum eis, hora quæ conuenientior fuerit pro Infirmi commoditate. Similiter ſi Infirmi ſoli vix poſſint Officium Diuinum dicere, cum alio tamen poſſunt: de licẽtia Præſidentis quando, & quandiu id viderit expedire, Infirmarius pergit ad eos hora conuenienti.

6 Cauere tamen debet ne abſque ſpeciali neceſſitate & licentia, exeat de Matutinis pro dicendo Infirmis officio ante vltimum Pſalmum ſecundi Nocturni ferialibus diebus, aut ante vltimum Reſponſorium diebus duodecim Lectionum. Cæteras autem Horas quæ in Eccleſia cantandæ ſunt, antequam ad eas pulſetur, debet eas dicere cum Infirmis.

mis. Poteſt enim omni tempore
firmarius cum Infirmo in perſol-
ndis Horis ſignum præuenire.

7 Dictis Horis, vel antè ſi placet,
oteſt apud Infirmum ſedere, ac
m eo loqui, & etiam cum aliis ſi
ſint: tamen ante Matutinas non
quitur eis, nec Completorio pul-
to & dicto, debet cum eis mora-
niſi neceſſitate cogente.

8 Si Infirmus poteſt ſolus Horas
cere, licèt non tam expeditè &
cilè ſicut cùm ſanus eſt, non de-
et impedire Infirmarium: nec
æſidens facilè concedat infirmis
uibuſcumque, ſed tantùm his
uos nouerit hac facultate non
uti.

9 Quando plures ſunt infirmi,
firmarius cum antiquiore, aut eo
ui primus in infirmitatem incidit
oras dicit, cum aliis Subinfirma-
us: & ſi tres infirmi ſimul fuerint,
cum

cum tertio alius quem Prior designauerit. Possunt tamen minùs infirmi, obtenta licentia, venire ad magis infirmos, dicturi cum eis officium.

10 Quando Infirmarius Sacerdotis, vel Cantoris facit hebdomadam, Subinfirmarius vices eius exequitur in omnibus: excepto quòd si ad Infirmum pro dicendo Officio eundum sit, Horas diei præter Matutinas & Primam non dicit ipse cum infirmo, sed Infirmarius, nisi quando Infirmarius est Missam in Conuentu cantaturus: tunc enim omni tempore quidquid ante Missam dicendum est cum Infirmo, dicit Infirmarij Vicarius. Si autem ambo sunt hebdomadarij, vel absentes, supplet vicē eorum Sacrista, in requirendo absentes, verumtamen non pergit ad dicendum Officium cum Infirmo, aut coram Infirmo,

mo, ſed is cui Prior iniunxerit.

11 Infirmo qui ſolus dicit Offi-
um, Infirmarius affert lucernam
enite) inchoato, & tunc ſi neceſ-
eſt, intrat cellam eius: quod de
e non poteſt, ſine licentia Præ-
lentis.

e officio Sacriſtæ, déque vigiliis, & diſtinctione Horarum, & quando ad Eccleſiam conuenimus.

CAP. XXIII.

SACRISTA, qui valde religioſus, maturus, & grauis eſſe debet, de manu Prio- clauem accipit: & cum claue ſtodiam omnium quæ ſunt in cleſia. Quare ſtudeat ea cum quanta

quanta poteſt honeſtate, munditia, & reuerentia tractare & obſeruare. Albas, caſulas & cætera recipit ad numerum, eáque fideliter cuſtodit. Oleum quoque & cera, quæ ad luminaria pertinent, in eius traduntur cuſtodiam.

2 Ad omnes diuini Officij Horas campanam pulſat, & Horarum ſpatia ſic diſterminat, vt Religioſi non moleſtentur.

3 Ad Matutinas, ante mediam noctem hora congrua (excitato priùs eo qui per cellas Religioſos excitare debet) pulſationem primam facit tamdiu, quòd priores quatuor Pſalmi Pœnitentiales dici poſſunt. A cuius pulſationis initio vſque ad ſecundum ſignum, omni tempore detur ſpatium trium circiter quartarum horæ, in quo Monachi congruè præparari, & Matutinas de Domina reuerenter, diſtinctè,

,ac deuotè dicere poſſint. Quod
iliarum ſpatium ab Exaltatione
ctæ Crucis ſenſim creſcendo, in
endis Nouembris ad integram
ram vſque peruenit. A quo
npore vſque ad kalēdas Februa-
am prolixum perſeuerat, inde
ue ad diem Cœnæ decreſcendo
latim, ad tres circiter quartas
æ, vt priùs redigitur, & ſic du-
vſque ad prædictum Exaltatio-
feſtum. Similiter omnibus die-
duodecim Lectiones habentì-
, per totũ annum, & die Com-
norationis omnium Fidelium,
n craſtino Reliquiarum, ac die-
minutionum, vigiliæ non pro-
luntur vltra tres horæ quartas.
otum hoc horarum ſpatium
iſta ſic horologio menſurabit,
uantum poterit eadem tempo-
nterualla, quæ cultui Diuino
ıtantur, ſemper ſint æqualia:
nec

nec citiùs,tardiùs,breuiùs,aut prolixiùs celebretur Officium, quàm præſcriptum eſt, cap.18.per totum, pro tempeſtatibus anni, & temporis congruitate.

4 In illo vigiliarum ſpatio,dictis Matutinis de Domina, quod ſupereſt temporis, ſpiritualibus exercitiis debemus impendere. Ac eodem tempore Sacriſta ante ſecundum ſignum accendit omnes lampades, quæ dum Diuina celebrantur, ardere debent, & in Solennitatibus quatuor cereos: ac libros,vel librum, in quibus lectiones legendæ ſunt, ſuper lectorium patenter poſitos & opertos linteo candido curet eſſe, niſi antea fecerit.

5 Secundus ad Matutinas pulſus breui ſpatio interrumpitur, quod ſemel dicendo Aue Maria,ſufficiat: & idem obſeruari debet, quoties fit bina pulſatio. Interim ad Eccleſiam

m seruata grauitate festinantes,
tij pulsus finem præuenire sata-
mus.
6 Diebus Solennibus Sacrista
cœpto vltimo Psalmo primi si-
t & secundi Nocturni, cereos
atuor emungit: quemadmo-
m in cantico Te Deum, quando
itur versiculus Æterna fac, si
or Officium faciat.
7 Ferialibus dieb. quando Exul-
unt dicimus, eo finito breue
imus interuallum, in quo possit
i Psalmus Miserere mei. Quod
tium Præsidēs terminat, signum
iēs vt pulsetur ad Laudes. Quo-
autem non dicitur (Exultabūt)
fit interuallum ante Laudes,
ad Laudes pulsatur. Post Lau-
omni tempore statim trina fiat
satio: & à singulis dicatur ter
e Maria.
Reuersi ad cellas post Matuti-

nas Laudes, Primam de Domina & Officium Salue Sancta parens persoluimus: postea debemus ad lectos redire. Monemur etiam à nimiis vigiliis esse cauendum.

9 Ad Primam hora congrua pulsatur, qua, ferialibus diebus in Ecclesia simul cum Tertia de Domina ab ipso Sacrista, à cæteris autem in cellis dicta, fit trina pulsatio, & singuli dicunt ter Aue Maria: statímque fiunt Cõfessiones ante Missam. Propterea ab initio pulsationis ad Primam, vsque ad Missam Conuentualem, vnius saltem horæ spatium dari debet, & tam tempestiuè signũ pro confessionibus fieri, quòd omnes ordinatè confiteri possint ante Conuẽtualem Missam inchoatam.

10 Si post dictum signum pro Aue Maria, qui celebraturus est Missam in Conuentu, tardauerit ad Ecclesiam, vel Capitulum venire,

Sacrista

Sacriſta eum acceſſit. Similiter abſentes ab Eccleſia requirit ſuo tempore, ſi Infirmarius aut eius Vicarius abſint, aut impediantur. Prouideat autem ne Sacerdotem cùm venerit, diu faciat expectare.

11 Ferialibus diebus, & feſtis duodecim Lectionum quæ Capitulum non habēt, Miſſa matutinali à Conuentu dicta, omni tempore ſtatim pulſetur ad Tertiam: quæ à Celebrantibus & eorum adiutoribus dicitur ſubmiſſa voce ante Miſſas priuatas, vbi fit celebratio, & poſt eaſdem Sexta de Domina.

12 Spatium autē à Prima, vſque ad Tertiam omni tempore exercitiis ſpiritualibus mancipatur. Et à Tertia vſque ad Sextam prædictis diebus, quando bis reficimur, interuallum debet duarum horarum interponi, in quo præter Miſſas priuatas, & Horas iam dictas, quod

ſupereſt temporis etiam internæ orationi, meditationi, aut lectioni conſulimus impendendum: niſi tunc ex obedientia, pro corporis valetudine, aliáve neceſſitate, corporalis exercitatio ſit aſſumenda.

13 Signo ad Sextam facto, ſi bis reficiendum eſt, ipſam Sextam tantùm de tempore in cellis dicimus, & ibidem ſumimus refectionem: dictíſque gratiis licet alicui honeſto exercitio quietè, & ſine ſtrepitu vacare vſque ad Nonam: pro qua dicenda, prædictis diebus ſtatim poſt meridiem pulſetur.

14 Spatium verò quod Nonam à Veſperis diſterminat, omni tempore, exceptis feſtis Capituli, & diebus Quadrageſimæ, deputare licet manualibus operibus: quæ ſint neceſſaria, vtilia, & viris Religioſis conuenientia. Nam in ſuperfluis, aut minùs honeſtis operibus non

decet

cecet Religiosum, tempus precio-
um expendere,quod ei ad salutem
nimarum operandam concedi-
ur. Porrò à temporibus manuum
operibus deputatis, vtilitatem non
ntendimus excludere lectionis,
sempérque in operando saltem ad
breues,& quasi iaculatorias mone-
mus orationes recurrere.

15 Quoties autem ieiunandum est ferialibus diebus, duabus etiam horis post Tertiam pulsetur ad Sextam, & tunc singuli in cellis Sextam de tempore cum Nona, de Domina persoluant: túmque vsque ad signum Nonæ honestè laborare possunt. Ad pulsum autem Nonæ (qui in ieiuniis Ecclesiæ fieri debet, dimidia circiter hora ante meridiem: in ieiuniis autem Ordinis hora vndecima,) Nonam de Tempore persoluunt & prandent, dictísque gratiis vsque ad

Vesperas operari conceditur, sicut dictum est. Diebus verò minutionum tempore ieiunij occurrentibus, ad Sextam & Nonam pulsatur, sicut dictum est fieri diebus binæ refectionis.num.13.

16 Porrò festiuis diebus in quibus Capitulum tenetur,ad Primam maturiùs pulsatur: ídque præsertim quando sermo habendus est in Capitulo,fitque ad eam primò parua pulsatio, deinde ad secundum signum omnes ad Ecclesiam conuenientes, pulsamus campanam ordine quo venimus. Dicta Prima, Capitulum intramus, vt suprà dictum est, cap. 13. num. 13. eóque finito, confessiones fiunt, & Missæ priuatæ celebrantur: quibus præmittitur Tertia de Beata.Et hæc vt fiant cum debita grauitate, datur vna hora cum dimidia. Interim non celebrantes audiant Missas,aut

ltem ſpiritualibus exercitiis ſe
ccupent.

17 His peractis ad Tertiam bis
cum interruptione breuiter facta,
pulſatur: & omnes ad Eccleſiam
maturè grauitérque properantes,
ſatagunt tertij ſigni finem præue-
nire. Tunc diebus Dominicis aqua
benedicitur ante Tertiam, cæteris
autem per hebdomadam feſtis,ipſa
Tertia ſtatim inchoatur:poſt quam
fit Proceſſio (ſi ſpeciali de cauſa fa-
cienda videatur) & ſubſequitur
Miſſa. Qua dicta ad cellas redimus
dicturi Sextam de Domina, aquam
benedictam Dominicis diebus no-
biſcum deferentes. Factóque ſuffi-
cienti interuallo pro dicenda Sexta
de Beata, & hyemali tempore quā-
do frigus viget,longiori,vt qui vo-
lunt, ſe calefacere poſſint: pulſatur
ad Sextam de tempore, Sacriſta in-
choante, & ſingulis per ordinem

ſicut aduenerint, proſequentibus.

18 Dicta Sexta (niſi ſit ieiunium) in Refectorium pergimus: animarum pariter & corporum eſcam ſumpturi, & poſt gratias, à Paſcha vſque ad Exaltationẽ ſanctæ Crucis incluſiuè, ſpatium quod inter prandium, & Nonam conceditur, licet, habita ratione diei, religioſæ, ac ſpirituali occupationi impendere. In ipſo autem meridie, primùm trina vice pro Indulgentiis pulſatur, deinde fit parua pulſatio ad Nonam de Domina: eáque perſoluta, ad ſecũdum pulſum omnes in Eccleſiã conuenimus pro Nona diei celebranda. Ab Exaltatione autem ſanctæ Crucis vſque ad Paſcha, poſt prandium tantiſper Nonam de tempore differimus: donec Lector Refectorij refectionẽ ſumpſerit, & Nonam Genitricis Dei in Eccleſia perſoluerit. Qua dicta, pulſatur

ſatur ab ipſo pro Nona diei, vt iam dictum eſt: ad quam omnes conuenimus, & pulſamus. In prædicto autem ſpatio, Nonam de Domina dicimus cellas ingreſſi, & aliis ſpiritualibus exercitiis occupamur. Verùm tribus diebus poſt feſtum ſanctorum Innocentium, quando nullum occurrit feſtum Capituli, ſtatim poſt prãdium Nonam de tempore ſimul perſoluimus, ad quam pulſat vltimus in ordine dum dicuntur gratiæ: & illa perſoluta, cellas repetimus, dicturi Nonam glorioſiſſimæ Virginis. Quod ſimiliter obſeruatur, eo die quo ſepultura Fratrum occurrit ab Exaltatione ſanctæ Crucis vſque ad Paſcha.

19 Quando autem extra Quadrageſimam feſtum Capituli contingit, in quo fit ieiunium, Tertia de tempore, Miſſa feſti, & Sexta

continuè dicuntur: Deinde in cellis, Sexta & Nona de Beata à ſingulis perſoluuntur, & hora congrua, præmiſſa parua pulſatione, ad Nonam pulſatur, túmque omnes in Eccleſiā conuenimus, atque pulſamus: qua dicta Refectorium intramus: & poſt gratias in Clauſtro conuenientes, præmiſſa lectione, colloquium habemus.

20 Similiter cæteris diebus feſtis extra Quadrageſimam, in quibus ieiunium non occurrit, & etiam Dominicis intra Quadrageſimam, dicta Nona diei, in Clauſtro conuenientes, præmiſſa lectione, colloquium habemus. Eſt autem lectio à kalendis Nouembris vſque ad Paſcha de Statutis, & exinde de quatuor Euangeliis. Colloquium verò de bonis, honeſtis, vtilibus & iis quæ ædificationis ſunt: vt in ſecunda parte habetur, cap. 15. num. 7.

Exci

Excipiuntur à prædicta lectione,atque colloquio, primi dies Paschæ, Pentecostes, & Natalis Domini: quia tunc ob tantarum Solennitatum reuerentiam & cultum, post Nonam ad cellas redimus.

21 Sacrista, finita lectione claustri, in Dominica, vel vltimo festo Capituli colloquium habēte quod Dominicam continuè sequitur: recitat ea quæ in Capitulo à Præsidente per illam hebdomadam fuerunt ordinata.

22 In Quadragesima, peculiaris & ab aliis temporibus diuersa Horarum distinctio seruatur. Nam ferialibus diebus, ad Primam maturiùs solito pulsatur, propter septem Psalmos cum Litaniis dicendos, & vnà cum signo pro Aue Maria, seu Confessionibus dato, sequitur pulsus ad Tertiam: tuncque Confessiones fiant ac Missæ priuatæ dicantur.

tur. Idem obſeruari volumus, in vigiliis Miſſam propriam habentibus. Sabbatis tamen, & quoties feſtum duodecim Lectionum Capitulo carens occurrit, aut quando Miſſa Tricenarij inchoandi eſt dicenda, poſt Confeſſiones Miſſa de beata Maria, aut de Feſto, vel Tricenario in Conuentu cantatur: & poſt eam pulſatur ad Tertiam, quæ ſimul cum Miſſis priuatis dicitur. Quid autem præſente Defuncto ſit faciendum, poſtea dicetur, cap. 34. num. 12. 28. 30. & ſequ.

23. Ad Sextam, tam ferialibus diebus, quàm duodecim lectionũ, ſine Capitulo feſtis, bis pulſatur, interiecto breui interuallo, illáque ſimul cum Nona de Dei Genitrice in cellis perſoluta, ad ſecundum ſignum omnes in Eccleſiam conuenimus, & pulſamus: ibíque Nonam de Tempore, Miſſam ieiunij, ac

Veſpe

Veſperas, & etiam Placebo, vſque ad Dirige, niſi ſit vel ſequatur feſtũ duodecim lectionum, cantamus. Deinde in cellis Veſperas de Domina perſoluimus, & prandemus: ac poſt prandium, ſinguli opportuno tempore in cellis Agendam, quando eſt dicenda, proſequimur vſque ad Exultabunt: & ad Completorium vſque, dictis diebus, operari poſſumus, facta tamen ante Completorium recollectione ſaltem per mediam horam.

24 Quoties poſt Miſſam Conuentualem aliqua Hora immediatè eſt cantanda, incœpto ſecundo Agnus Dei pulſat ad eam vltimus: & terminat pulſum antequam celebrans dicat, Dominus vobiſcum.

25 In vigiliis autem Aſcenſionis, Beati Ioannis Baptiſtæ, Apoſtolorum Petri & Pauli, & Aſſumptionis glorioſiſſimæ Virginis, duabus

circiter

circiter horis post Tertiam, Sacrista pulsat ad Sextam de Tempore, ad quam omnes in Ecclesiam conuenimus, & pulsamus: eáque cum Missa vigiliæ persoluta, singuli cellas repetimus, vbi Nonam vtramque dicimus, ad quam pulsatur à Sacrista: datóque signo circa meridiem, refectio singulis ministratur.

26 Porrò in vigiliis omnium Sanctorum, & Natalis Domini, quando non contingit in Dominica, tempore congruo, ad Sextam pulsatur: quam simul cum Missa vigiliæ & Nona in Ecclesia cantamus, deinde in cellis Nonam de Domina subiungimus: & prandemus.

27 Quòd si in aliqua ex prædictis vigiliis festum Capituli occurrat, quod simul cum vigilia celebretur, tunc Tertiam & Missam festi continuè dicimus, deinde in cellis Sextam

Sextam de Genitrice Dei, & præmiſſa parua pulſatione, ad ſecundum ſignum in Eccleſiam conuenientes pulſamus, túmque Sextam, Miſſam de vigilia, & Nonam ibidem continuamus. Poſtmodum ſinguli Nonam de Domina dicimus, & dato ſigno pro Aue Maria, Refectorium intramus: atque poſt gratias colloquium habemus. Vigiliæ Paſchæ & Pentecoſtes peculiarem habent ritum, vt poſtea dicetur, cap. 49. num. 33. & ſequ. & cap. 52. num. 16. 19. & ſeq.

28 Diebus Dominicis in Quadrageſima, eadem obſeruamus quæ & aliis Dominicis, & feſtis Capituli ab Exaltatione ſanctæ Crucis vſque ad Paſcha. In feſtis autem Capituli Quadrageſimali tẽpore intra hebdomadam occurrentibus, Tertiam & Miſſam feſti, ac Sextam continuè in Eccleſia dicimus: deinde in

cellis Sextam & Nonam de Matre Domini. Ad Nonam verò, præmiſſa parua pulſatione, dum datur ſecundum ſignum omnes in Eccleſiam conueniẽtes pulſamus, ipsámque Nonam cum Miſſa ieiunij & Veſperis continuè cantamus: quibus expletis interuallum aliquod interiicitur, in quo ſinguli dicimus Veſperas de Domina, datóque ſigno ad Refectorium conuenimus: ſed poſt prandium, nec lectio, nec colloquium in clauſtro habetur.

29 Excipitur à prædicta feſtorum Capituli lege feſtum Compaſſionis, in quo quoniam nulla eſt Miſſa de ieiunio, Tertiam, Miſſam feſti, & Sextam continuè dicimus in Eccleſia, deinde Sextam & Nonam de ipſa Matre Domini in cellis perſoluimus, poſtea ad Nonam canonicam pulſatur: & omnes in Eccleſia conuenientes pulſum

ſum proſequimur,& Horam ipſam cantamus, qua dicta cellas repetimus, ibidem Veſperas de Domina perſoluturi. Poſt hæc ad ſignum pro Veſperis datum venientes, pulſamus modo ſæpè dicto. Quibus cantatis, Refectorium intramus: quod ſimiliter obſeruatur quando in Sabbato ante Dominicam palmarum Annunciatio Domini celebratur: ſed tunc feſtum Compaſſionis tranſlatum ſequitur legem aliorum feſtorum Quadrageſimalium.

30 Inſuper in Quadrageſima, quando poſt Miſſam ieiunij Veſperæ Solennitatis ſunt dicendæ, dum canitur ſecundum Agnus Dei, Sacriſta accēdit candelas, ſicut etiam ad Miſſam omnibus diebus ſolennibus, & intra octauas Paſchæ & Pentecoſtes, feria ſecunda, tertia, & quarta, dicto Capitulo poſt Nocturna

na dum preces dicuntur, accendit quatuor cereos ad Laudes.

31 Ad Veſperas omni tempore extra Quadrageſimam,& etiam in Quadrageſima diebus Dominicis dumtaxat, primùm fit pulſatio parua pro dicendis Veſperis de Matre Domini: deinde ad ſignum ſecundum omnes in Eccleſiam conuenimus,& pulſamus: & in Solennitatibus Sacriſta poſtquam cereos ad Veſperas accendit, immediatè portat cuppam thuribuli ad lectorium: priùs præparata cuculla Sacerdotis conueniente, ſuper Altare veſtiarij.

32 A Veſperis vſque ad Completorium, omni tempore, exceptis diebus Quadrageſimæ, intra hebdomadam: ſpiritualibus operam damus, ſumpta prius refectione, quando ſumenda eſt.

33 In cunctis ordinis domibus ſicut

ſicut manè ac meridie, ſic ſtatim ante, vel poſt Completorium pulſetur ter quotidie campana pro ritu regionis, ad Indulgentias obtinendas, quæ conceduntur tunc dicentibus trina vice Aue Maria, in venerationem Dominicæ Incarnationis.

34 Completorio poſt ſignum datum expleto, vltrà non differimus accubare. Horis enim ad quietem deputatis diligenter curandum eſt vt ſomnus capiatur, vnde poſſimus libenter ſacris vigiliis intereſſe. Dormimus autem ſeu ad dormiendum nos componimus, veſtiti cilicio, tunicella, caligis, cingulo, & parua cuculla.

35 Generaliter Dominicis diebus & feſtis Capituli, omnes Horas diei præter Completorium in Eccleſia cantamus, excepta Cœna Domini, in qua Tertiã & Sextam

in cellis dicimus. Cæteris autem totius anni diebus, Matutinæ tantùm, Miſſa & Veſperæ cum agenda quando dicenda eſt, in Eccleſia celebrantur: & Horæ reliquæ in cellis, quemadmodum omnes de Domina, quæ ſemper ibidem dicuntur. Dies verò quibus ſepultura Defuncti, aut ſuſceptio noui Prioris contingit, ſunt excepti: ſicut quædam vigiliæ, ieiunia Quadrageſimæ, ac Sabbata quatuor Temporum. Tunc enim Hora aliqua ante, vel poſt Miſſam occurrit celebranda, velut etiam intra octauas Paſchæ, Pentecoſtes, & Natalis Domini.

36 Sacriſta tamen, vel quando ipſe impeditus eſt, is qui vices eius exequitur, per totum annum dicit in Eccleſia ſtatutis temporib. omnes Horas Matris Domini: illáſque cunctas de die quæ à cæteris perſoluuntur

ſoluuntur in cellis,& Agendas Anniuerſariorum , Tricenariorum , aliorúmque officiorum ex debito dicendas. Breues autem,Preces, & Priuata , ſi vult , poteſt in cella dicere.

37 Numquam debet ſuam exire cellam ſine licentia , niſi cùm ad Horas pulſatum pergit, vel ad dicendum diuinum Officium , aut aliud in Eccleſia diſponendum:nec debet extra cellam moram facere.

38 Pulſat autem pro Horis diurnis in cellis peſoluēdis,per ſpatium quo ſemel, Miſerere mei Deus,dici poſſit. Verùm pro Matutinis, aut Miſſis Conuentualibus , ſeu tertia diebus Capituli, quando facit tertiam pulſationem,vel alius pro eo, tamdiu pulſat, quòd ſemel Pater noſter dicatur. Pulſus verò ad Laudes, durat tantùm per ſpatiū vnius Aue Maria. Quoties autem fit ab

omnibus per ordinem ſicut veniũt communis pulſatio ad aliquam Horam, tamdiu continuatur quòd omnium remotiſſimus ab Eccleſia adeſſe poſſit, nec ante debet finiri, quàm Præſidẽs ſignum fecerit.

39 Sacriſta prouideat vt in omnibus Miſſis, tam Conũentualibus quàm etiam Priuatis duo cerei accendantur, & etiam tertius cùm fuerit neceſſarius Sacerdoti: quod omnino volumus obſeruari propter tanti Sacramenti & Sacrificij reuerentiam. Prouideat etiam vt duæ ſaltem lampades in Eccleſia ſuperiori habeantur: quarum vna iugiter ardeat: & altera ſaltem accendatur cùm Diuinum Officium ibi celebratur: magis tamen laudamus quòd vtraque ſemper die, ac nocte ſit accenſa.

40 Euchariſtiæ Sacramentum cuſtodiatur in vaſe mundo & honeſto,

nesto, sub tuta & firma cum claue custodia. Prouideat quoque Sacrista, vt Hostiæ sint mundæ & nitidæ, ac recenter factæ de pura & mundissima farina triticea: nec alibi fiant quàm in domibus Ordinis.

41 Ad faciendos autem cereos, datur ei pro Prioris arbitratu adiutorium. Lauat etiam, Monacho, Conuerso, siue Seculari aliquo, vel pluribus, si necesse fuerit, eum iuuantibus de licentia Præsidentis, vestimenta Sacerdotalia, & coopertoria altaris intra domum. Nam extra illam, illa lauanda mitti nolumus. Verùm corporalia, pallæ Altaris, & tersoria calicum, sicut manutergia quibus Sacerdos post Agnus Dei, digitos tergit, & mapulæ quibus inuoluuntur Calices, quando sunt lauanda, priùs ab aliquo ad subdiaconatũ saltem pro-

moto bina aut terna ablutione purgentur, cuius aqua in ſacrarium ſeu piſcinam mittatur: deinde poſſunt (exceptis Corporalibus) ab aliis non promotis tractari, & lauari, ita tamen vt lixiuia, ſeu alia aqua, qua poſtea lauātur, in locum mundum effundatur: ſicut etiam aqua, qua lauantur omnia Altarium ac Miſſalium coopertoria, vniuersáque mantilia & terſoria, quibus vtimur in ſacris myſteriis. Prædicta omnia bene lota in locis honeſtis Sacriſta extendit, vt in Clauſtro, vel Cœmiterio, ſiue prato circa cellam ſuam, accepta licentia exeundi.

42 Quòd ſi ex illis aliquid inutile factum fuerit, nullo modo ad prophanos, ſeu humanos vſus deputetur: ſed omnia comburantur, & cinis in locum mundum ponatur.

43 Præterea Sacriſta datis ſibi

adiutoribus, iuxta consuetudinem domorum, mundat Ecclesiam, Sacella, Capitulum,& paruum Claustrum, in vigiliis Solennitatum,vel diebus præcedentibus, si vigiliæ Missam propriam habeant, vel si fiat in eis abstinentia. Verumtamen cùm duo festa Candelarum occurrunt infra quindecim dies, pro maiori tantùm festo,licèt posterius contingat, prædicta mundantur.

44 Et dum pro Solennitatibus vel festis, ante primas Vesperas,aut in vigiliis Solennitatum in Quadragesima occurrentium,ante Nonam sicut in Cœna Domini,solenniter cum suo adiutore præparat Altare, cauere debēt à verbis otiosis & non necessariis. Et quando accipit adiutores pro præparandis Altaribus, aut mundanda Ecclesia, vel similibus ad Ecclesiam pertinentibus curandis, si quos ex illis

conſpexerit loquaces & irreuerentes, acriter debet eos pro zelo Dei reprehendere: & monitioni eius non acquieſcentes, Priori denuntiare. Qui autem præparare debent Altaria, prius lauent manus: & ſic cum ſilentio & reuerentia operentur.

45 Præter hæc, habeat Sacriſta vnam aut plures, ſi opus ſit, tabulas, in quibus Monachi ordine ſuo diſponantur, & primùm omnes qui Miſſas, tam in Conuentu, quàm priuato dicendas, ſibi iniunctas habent. Quòd ſi quis Miſſæ alicui aſſignatus eam non valeat infirmitate, aut alio impedimento detentus celebrare, id tempeſtiuè debet Sacriſtæ intimare, qui alium impediti loco ſubroget, admoneátque quàm citò fieri poteſt, vt cum præparatione debita ad ſacrum Altare accedatur. Deinde omnium Celebran

brantium nomina ibidem ſic ponantur, vt eos cognoſcat qui Miſſas aſſignatas iam celebrarunt, & ſi aliquis ſuo ordine vnam ex his Miſſis non potuerit dicere, eandem alio die recuperet. Poſtremò cuncta tam Sacerdotum quàm aliorum Monachorum nomina hoc modo collocet & combinet, vt ſinguli videant & Altaria in quibus celebrent, & ſocios adiutores: & qui legitima cauſa præpeditus, noluerit celebrare, aut celebrantem iuuare, ſignum ſuum opportuno tempore deponat, vel inuertat, vt Sacriſta prouideat modo ſupradicto.

46 Porrò nullus audeat reſiſtere ordinationi Sacriſtæ, aut contra eum murmurare: ſed omnes diſpoſitioni tabulæ per eum factæ libenter acquieſcant. Curet autem ipſe, omnem conquerendi occaſionem

omni

omnibus auferre. Prudenter enim ac iustè se debet gerere in Missis ex debito iniungendis, & sine personarum acceptione sigillatim per ordinē, provt occurrunt, eas disponere, tam ferialibus quàm festiuis diebus: ne quemquam perturbet aut grauet. Iniungit autem omnes Missas tam ex debito quàm ordinatione Præsidentis reddendas: quę ad hebdomadarium Sacerdotem non pertinent. Prouidet etiam, vt qui dicturi sunt in priuato Missas festi trium lectionum, & de Matre Domini quotidie, déque Anniuersariis, in Altari maiori eas celebrēt. Verumtamen si simul occurrant eodem die hæ tres Missæ dicendæ in priuato: Missa de Anniuersariis in alio Altari dicetur.

47 Cum Emendatore debet post octauas Pentecostes ordinare tabulam, in qua Responsoria notantur,

quæ

quæ ſingulis feſtis trium lectionum per totum annum, excepto Paſchali tempore, occurrentibus cantari ſolent.

48 Ad Sacriſtam præterea pertinet cura librorum, quibus vtimur tam in Eccleſia quàm Refectorio, vt bene tractentur ab aliis. Et nullus librum aliquem de Eccleſia, vel Capitulo exportet: abſque illius cōſenſu. Quod ſi Miſſale tranſportandum concedat, id cum reuerentia & munditia curet fieri, atque vt omnia tempeſtiuè ad locum ſuum referantur.

49 Quoties per eius negligentiam aliquid deeſt, propter quod quærendum, facit Conuentum expectare: culpam ſuam clamat in Conuentu.

50 Non permittat alicui vago & ignoto Sacerdoti Miſſam in Eccleſia ſibi commiſſa celebrare: & ab

ab Ecclesia quantum potest, arceat & prohibeat omnes seculares actiones, vana atque adeo prophana colloquia, deambulationes, strepitus, clamores, & similia: vt domus Dei verè domus orationis & dici, & esse possit.

51 Prouideat insuper in quolibet Sacello, iuxta Altare tersorium Calicis mundissimum, & aliud simile manutergium, quo vtatur Sacerdos ad digitos tergendum, & labia post secundam Calicis ablutionem. Duo etiam mantilia videlicet vnum albius pro illius digitis post Offertorium tergēdis, & aliud crassius, ad idem officium præstandum, tam ante quàm post Missam. Præter hæc sit linteum super piscinam pro suscipiendo Calice ante principium & post finem Missæ. Omnia autem prædicta, munda sint, & honesta, ac religiosa, & præsertim

ſertim Corporale & palla Altaris quàm puriſſima ſint, & quoties opus fuerit mutentur, quemadmodum & alia quæque tam Sacerdotis quàm Altaris paramenta. Et his curandis volumus Sacriſtam cum omni diligentia inuigilare: ne quid vile aut ruptum in ſacroſancto Altaris miniſterio appareat.

52 Quando benedicenda eſt aqua diebus Dominicis, Sacriſta debet præparare duo vaſa aquæ plena iuxta lectorium ante pulſum Miſſæ, vnà cum aſperſório ſuper lectorio collocato.

De Officio Sacerdotis Hebdomadarij in Horis Canonicis, & de thurificatione in Vesperis, & Laudibus.

Cap. XXIV.

1 Sacerdos Hebdomadarius, cuius officium per Choros alternatim singulis septimanis mutatur, incipiendo à Matutinis Dominicæ diei, dato à Priore surgendi signo post (Pater noster, & Aue Maria) cùm incipienda est Hora: nudat caput, signat se, & inclinat, statimque incipit graui, atque clara voce, Deus in adiutorium meum intende: quo dicto, solus statim & modicè inclinat.

2 Cùm incipitur (Pater noster) ante

ante lectiones, remouet caputium: nec ipsum induit, donec lectori dederit benedictionē. Quoties autem largitur benedictionem, nec librū nec aliud tenere debet. Omnes dat benedictiones in Conuentu. Si tamen ipse legat lectionem, Prior, aut eo absente, Vicarius dat ei benedictionem. Omnia tali voce pronunciet, quòd Conuentus in eodem tono possit respondere.

3 Quoties Capitulum alicuius Horæ dicit, postea inclinat modicè, ac reuerenter. Cùm ad Horas incipitur (Kyrie eleison) ante preces, remouet caputium: nec ipsum induit, donec dixerit orationem vel orationes, si plures sint dicendæ propter commemorationes.

4 Ad dicendum Euangelium accepta ad Lectoriū lucerna exit, cùm dicitur versus, (Æterna fac,) diebus solennibus candelas emun-

O git,

git,& ad eas lucernā accendit: cæteris autem diebus ad lampadem Altari proximiorem: intrat vestiarium, lauat manus, dum exit claudit ostium post se, eundo & redeundo inclinat ad gradum Altaris, dum dicit, (Dominus vobiscum) ante Euangelium non tenet lucernam, sed stat versa ad librum facie. Cùm respondetur (Gloria tibi Domine) vertit se ad Altare, & signat se sicut cæteri, & inclinat. Cùm post Euangeliū respondetur Amen, osculatur librum, incipit Te decet laus: dicit orationem præmisso tantùm Oremus, librum claudit dicendo, Per Dominum nostrum, responso Amen, statim verso vultu ad Altare, non præmissa oratione, nec signo Crucis, dicit (Deus in adiutorium,) & inclinat: plicat stolam, factáque altera inclinatione ad Altare dum dicitur (Gloria Patri,)

tri,)plicatam tandem ſtolam,atque librū reponit.Poſtea referens laternam ſub gradu Altaris extinctā ad lectorium,reuertitur in ſedē ſuam.

5 Aliis diebus qui non habent duodecim lectiones, dicit preces, ac orationem poſt Nocturna, in ſua ſede, inclinatus ſuper miſericordias, vel flexis genibus, provt tempus poſtulauerit: nec ſurgit ante (Deo gratias) dictum. Similiter orationes poſt Exultabunt, & totius Agendæ perſoluit.

6 Infra octauas Paſchæ, Pentecoſtes, & Natalis Domini duobus diebus poſt feſtum ſancti Thomæ, dicta oratione ad Nocturnum poſt preces, ſurgit: & verſa facie ad Altare dicit (Deus in adiutorium,)& inclinat: ſtatímque redit ad miſericordias inclinatus & opertus, ſicut cæteri.

7 Ad Laudes & Veſperas omni

tempore, triduo ante Pascha excepto, dicit Alta voce (Pater noster) ante preces vsque ad (Sed libera nos à malo:) in aliis verò Horis submissa voce sicut cæteri, & incipit alta voce (Et ne nos.) Ad Laudes etiam & Vesperas dicit (Dominus vobiscum) tam ante orationem, quàm ante Benedicamus Domino, altiori voce, alióque tono, quàm in Horis reliquis.

8 Quando (Miserere mei) in precibus dicitur, surgit in Laudibus ad versum (Auditui meo,) sibíque candelam accēdit pro dicenda oratione ad lectorium. In Vesperis verò dum dicitur versus (Domine labia,) illuc pergere incipit. Quòd si prædictus Psalmus non sit dicendus, vicinior lampadi ex altero Choro, dum preces dicuntur in Laudibus, candelam accendit, & librum aperit: Sacerdos autem ad

lecto

lectorium pergit dicto (Pro omnibus nobis bona facientibus.)

9 Ad Laudum commemorationes non extinguit laternam, nec eam deponit, nisi quando ad versiculum (Aue Maria) sumpturus est veniam, donec vltimæ orationis conclusionem finierit. Non inclinat post primam orationem, nec post Dominus vobiscum ante primum Benedicamus Domino, nec post orationes commemorationum: sed dicto (Dominus vobiscum) post vltimam orationem ante lectorium remanet: & responso à Conuentu (Deo gratias) se signat & inclinat vnà cum cæteris, ac ordine suo discedit, nisi aliud Officium immediatè succedat: tunc enim dum respondetur (Deo gratias,) ad vltimum Benedicamus, ibi inclinat, ad sedémque suam reuertitur. Verùm si errauerit antè,

ac emendatus fuerit, ſtatim poſt vltimum (Dominus vobiſcum) ad ſcabellum lectorij veniam ſumere debet. Diebus autem ſolennibus quando indutus eſt cuculla Eccleſiaſtica, cùm cantatur (Benedicamus Domino) ſic pergit cum grauitate ad gradum Altaris: vt ibidem poſſit ſe ſignare, & inclinare cum Conuentu, & veſtiarium ingrediens exuit cucullam.

10 Orationem quæ ad Primam diebus feſtis poſt preces dicitur, Sacerdos in ſua ſede inclinatus ſuper miſericordias, ſicut & cæteri, dicit: nec ſurgit donec à Conuentu, Deo gratias, dictum fuerit. In Capitulo, ante lectionem Martyrologij, dat benedictionem (Benedictione perpetua.) Poſtea lecto Martyrologio, nudat caput, nec cooperit ante dictum, Deo gratias. Dicto (Pretioſa) & cæteris quæ ſequuntur, non

inclinat, nisi simul cum Conuentu ad (Gloria Patri) quod cum sequē-ti Pater noster, & Aue Maria, versa ad Alterum Chorum facie dicitur, & Sacerdos dicturus, (Et ne nos) vertit se ad Altare: nec inclinat, nisi cum Conuentu rursus ad Gloria Patri: quod similiter cum sequenti oratione dicitur versa ad alterum Chorum facie. Post Psalmum De profundis, quem Prior inchoat, & versum (Requiem) dicit sicut & cæteri, submissa voce, & nudato capite, Pater noster, & Aue Maria, versa ad Chorum facie, & alta voce subiungit (Et ne nos) cum precibus & orationibus sequentibus: Quibus adiungit specialem orationem pro viuis, aut Defunctis, si specialiter aliqui commēdati fuerint, eam quæ pro defunctis fuerit statim post (Inclina) subiungens: & eam quæ pro viuis ante (Omnipotens

qui viuorum.) De cæremoniis à Sacerdote seruandis ad horam Tertiam dicetur inferius, cap.25. nu.7. 9. & 10.

11 Orationem Sextæ & Nonæ semper dicit in lectorio ex collectaneo, nisi Missa statim sequatur: ad illásque dicendas eo tempore pergit, quo præscriptum est in Laudibus & Vesperis, suprà num.8.

12 Diebus solennibus, thurificat ad Laudes, & Vesperas vtrasque, nisi aliter constitutum fuerit. Et dum dicitur Hymnus, tam opportunè vadit in vestiarium, vt induat cucullam Ecclesiasticam, & in principio versiculi sit ad gradum Altaris, eo qui ministrat thuribulum à sinistris eius stante. Cùm respondet Conuentus ad versiculum, mittit incēsum in thuribulum, ipsúmque accipit, quando incipitur antiphophona, genua flectit ad gradum Altaris.

taris. Cùm incipitur (Benedictus,) vel (Magnificat) surgit & inclinat, deinde ascendens ad medium Altaris, thurificat ter ad sanctissimum Sacramentum & Crucem, ter ad cornu dextrum, seu Epistolæ, ter ad cornu sinistrum vbi legitur Euangelium, ter ante faciem Altaris, & inclinat. Postea veniens ad cornu Euangelij, thurificat ter inferiùs, ter superiùs, & inclinat: deinde retro Altare, ter ad sanctissimum Corpus Domini, ac inclinat. Postmodum ad cornu Epistolæ fit sicut in altero factum est, postea thurificat semel ministrum expectantem ad gradum Altaris, eique tradit thuribulum, recipiens ab eo incensi nauiculam, qua super Altare reposita, sedem seruitoris ingreditur.

13 Minister autem accepto thuribulo, relictóque Sacerdote, statim vadit ad thurificandum Conuen-

tum, incipiendo in Choro Prioris ab ipſo Priore ſi adſit, vel Vicario: deinde Chorum ſiniſtrum thurificat, incipiendo ab extraneis, ſi in tranſuerſis ſedibus fuerint, vel Antiquiore: poſtea Conuerſos. Si tamen Prior facit officium, ipſe dato thuribulo miniſtranti, præcedit, & reuertitur ad ſedem ſuam. Quòd ſi ſedes eius occupatur ab Epiſcopo, vel Abbate, redit ad ſedem quam occupauit antè. Verùm ſi Epiſcopus vel Abbas ſit in Choro ſiniſtro, Miniſter thuribuli priùs eum thurificat, quàm eos qui in choro dextro ſunt: & eo thurificato, ad dextrum cornu thurificandum redit.

14 Cæterùm is qui ad Veſperas & Laudes miniſtrat thuribulum, nec (Magnificat) nec (Benedictus) incipit, nec eorum antiphonas: nec manum Sacerdotis oſculatur. Et quamuis ſit Hebdomadarius Sacerdos

cerdos. Si ſacerdotis officium non exerceat, miniſtrare debet incenſum. Si verò Cantorem agat hebdomadalem, illud non miniſtrat ad Veſperas & Laudes, ſed alius cui poſt eum contingit: ad Miſſam tamen miniſtrare debet.

15 In Agenda cùm incipitur Pater noſter, Sacerdos hebdomadarius nudat caput, nec cooperit donec Pſalmus ſequens cum orationibus ſit finitus, vel donec ante lectiones reſponſum fuerit à Conuentu, (Sed libera nos à malo.) Orationes autem Agendæ in ſua ſede ſemper dicit inclinatus, vel flexis genibus, provt tempus poſtulauerit.

De Officio Sacerdotis hebdomadarij in consecratione Aquæ Benedictæ & in Horis Missam Conuentualem conuentualiter præcedentibus, ac in ipsa Missa vsque ad Orationes.

CAP. XXV.

1 DIEBVS Dominicis, Sacerdos hebdomadarius audita prima pulsatione pro Missa Conuentuali, sine mora festinat ad Ecclesiam venire. Et eam ingressus, statim ad gradum Altaris inclinat: atque ibidem prostratus dicit (Pater noster, & Aue Maria,) surgénsque signat se, & rursus inclinat: Vestiarium ingreditur, manus lauat, & induitur primùm cuculla Ecclesiastica, deinde Sacerdotali

dotalibus veſtibus(excepta caſula:) iuuante eum Sacriſta vel Diacono, ſtolámque ligat ad cingulũ: quod ſimiliter facit quoties ante indutam caſulam aliquid facturus eſt, alioqui eam liberè dependentem ex vtraque parte gerit, nec vmquã cancellat. Et ſic indutus, vadit ſeſſum in cathedra: quovſque tertiò pulſetur.

2 Tertio pulſu facto deſcendens in chorum Sacerdos ſub Altaris gradu inclinat, à parte Chori ſiniſtri ad lectorium tendit: Et abſque inclinatione alia, vel ſigno crucis, incipit (Adiutorium noſtrum) præſente Conuentu: aut ſaltem aliquot Monachis vtriuſque chori. Deinde manum ſuper ſal, extendens, ipſum exorcizat: & idem in exorciſmo aquæ facit, extensámque manum tenet (præterquam quando ſal commiſcetur aquæ) vſque

vſque ad (Pietatis tuæ more ſanctifices,) tunc enim facta Cruce, manum reducit ad alteram. Et in vtrumque vas debet ſal immittere: & ſuper vtrumque benedictionem largiri.

3 Quibus finitis capit aſperſorium, rediénſque per ſiniſtrū chorum, accedit ad gradum Altaris medium: & inclinat, incipiénſque verſum (Aſperges me) aſpergit ſemel ante faciem Altaris, ſemel ad cornu Epiſtolæ, & ſemel ad cornu Euangelij: ac facta inclinatione ſubtus gradum, aſcendens à parte Euangelij, Altare circuit aſpergendo: rediénſque ad gradum, ſi Epiſcopus vnà cum Monachis venerit, ipſum non aſpergit: ſed offert ei aſperſorium, qui (ſi voluerit,) illud accipiēs ſe primitus aſpergit, poſtea Hebdomadarium, deinde Priorem, niſi adſit alius Epiſcopus vel Abbas,

bas, poſtea hoſpites,& Monachos, & ad hoſtium chori etiam Conuerſos: interim Sacerdos venit ad lectorium. Si verò Epiſcopus iſta facere noluerit, accipit nihilominus aſperſorium: & ſe tantùm, & poſtea Hebdomadarium aſpergit.

4 Si verò ipſe aut Abbas non venerit ad Sacerdotem, ſed in choro mãſerit, aſpergitur tantùm poſt Monachos in ſede ſua. Non præſente, aut non accedente ad Sacercerdotem Epiſcopo, Sacerdós primò aſpergit Abbatem, ſi acceſſerit ad gradum, deinde Priorem, & hoſpites Religioſos, poſtmodum Monachos per ordinem, deinde Diaconum ſi ſit indutus cuculla Eccleſiaſtica, poſtea illũ qui aquam attulit, & poſtremò ſeipſum.

5 Quibus expletis, de gradu deſcendit, & inclinat: atque per ſiniſtrum chorum tranſiens, aſpergit

git infirmum Monachum, ſi quis præſens non valuit ad gradum Altaris accedere: ſeculares quoque ſi in choro ſint. Et ad oſtium Chori veniens, Conuerſos & Seculares aſpergit, qui ibidem propterea cōgregantur. Dum autem tranſit Sacerdos ſic indutus per chorum, Monachi omnes illius chori ei debent inclinare: ipſe verò nec Priori, nec alij cuiquam, propter perſonam quam tunc repræſentat. Si autem Prior facit officium: eundo ad lectorium & redeundo, ſemper tranſit per chorum dextrum.

6 Peracta aſperſione redit ad lectorium, & inclinat, dicit precem (Oſtende) cum oratione Exaudi: qua finita, non præmiſſa inclinatione, nec ſigno Crucis, ſtatim incipit (Deus in adiutorium) & inclinat: clausóque & ſignato libro, cum dicitur (Gloria Patri) inclinat

ſicut

ſicut & cæteri: eiſque ſe erigentibus ſe erigit, & per ſiniſtrum chorum, niſi ſit Prior, veniens ad gradum Altaris, inclinat: & aſcendens ſtat ad ſedem ſuam verſa facie ad lectorium Euangelij, tenens in manibus mappulam vſque ad (Gloria) Hymni, qua cœpta, reſidet. Quoties autem ad Horam (Gloria) dicitur, & dum preces dicuntur, modicè inclinat.

7 Per hebdomadam verò, quoties in Conuentu ante Miſſam Conuētualem Hora aliqua dicitur, poſt (Gloria Patri) ante Hymnum, ad gradum Altaris accedit: ibique facta oratione ſolita, ſurgit, ſignat ſe & inclinat, Veſtiarium intrat, & poſt ſe oſtiū claudit, manus lauat, cucullamq; Eccleſiaſticam induit, & iuuante eum Diacono, prædictam Horam perſoluit vſque ad Capitulum excluſiuè. Interim ſacerdota-

libus vestibus induitur excepta casula, & sic indutus primus egrediatur, Diacono ipsum sequente & casulam deferente, & ad sedem suam pergens in ea residet: & tam diebus Dominicis, quâm aliis diebus quibus ante Missam Conuentualem Hora aliqua in Conuentu canitur, cùm vltimum (Sicut erat) dicitur, surgit, finitáque antiphona vertit faciem ad Altare: caput discooperit, Capitulum dicit, & inclinat, præparat Altare stans à cornu Epistolæ, iuuante Diacono ad alterum cornu, retrahendo coopertorium primò quantum fieri potest versus Altaris tabulam, deinde duplicando cum distantia quadam ab illo termino. Tum explicatis super Altare palla & mappulis, inclinat: & redit in sedem suam ad dicendas preces.

8 Interim Diaconus puluinar in

ſacroſancti Euangelij parte collocat, ac Miſſale in altera expandit, vt Oratio dicenda videatur: librúmque ſic expanſum operit extremitate lintei quo inuoluitur.

9 Cùm dicitur (Pro omnibus nobis bona facientibus) ſurgit ad dicendam Orationem in Miſſali ſuperpoſito Altari, cum punctorum mutatione, ſic vt de circumflexo fiat eleuatus, & econtrà: cum terminatione finali. Poſt orationem, dicto (Benedicamus,) ſi non ſequatur Proceſſio, vel Litaniæ, vadit ad locum confeſſionis, inclinando ante medium Altaris: & ſtola prius ſoluta, induit caſulam iuuante Diacono. Quando fit Proceſſio, vel Litaniæ dicuntur, finitis omnibus quæ dicenda ſunt, idem facit.

10 Diebus autem Ieiuniorum, ac Vigiliarum quando (Miſerere

mei) dicitur in precibus, surgit ad (Domine labia) & rectà pergit ad confessionis locum: profundè inclinans in transitu ante medium Altaris, casuláque indutus, Orationem dicit in conféssionis loco, capite tantùm inclinatus, nec iunctis manibus. Verùm post dictum (Benedicamus Domino,) statim signat se: dicens submissa voce, (In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.) Ac inclinato corpore, iunctísque manibus incipit (Pone Domine custodiam,) vt paulò pòst tradetur, num. 13.

11 Casulam in Ecclesia sic semper induit celebrans diebus festiuis, præterquam ad priores Missas Natalis Domini, Paschæ, & Pentecostes, & ad Missam Cœnæ Dominicæ: & cùm infra octauas Corporis Christi Missa de eadem solennitate est sine nota post alteram Missam subiun

ſubiungenda: tunc enim caſulam induit in Veſtiario.

12 Quando Miſſæ ferialibus diebus, & feſtis duodecim lectionum abſque Capitulo, in Conuentu mane dicuntur, Sacerdos celebraturus, poſt datum ſignum pro Confeſſionibus, ad Eccleſiā venit tempeſtiuè, ac confitetur, aut ſi iam confeſſus eſt, Eccleſiam intrat: & reliqua facit quæ ſuprà deſcribuntur num. 1. vſque ad cucullam Eccleſiaſticam indutam. Et dato ſigno Miſſæ, ſacris omnibus veſtibus ad Altare induitur per vnum ex prædictis adiutoribus, indutúſque Altare præparat, vt priùs dictum eſt: num. 7. eóque poſt tertium ſignum oſculato, ad confeſſionem procedit faciendam etiam modo prædicto, num. 9.

De Confessione quæ fit in principio Missæ Conuentualis.

13 IN omni Missa Conuentuali, Sacerdos ex integro indutus sacerdotalibus vestibus,iuxta lectorium Euangelij existens, & facie ad cathedram versa, signat se, submissa voce dicens, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: Amen. Deinde incipit (Pone Domine custodiam,) in eo tono quo solent Horæ inchoari: subiũgitque Confessionem cum his distinctionibus; Confiteor Deo: & Beatæ Mariæ,& omnibus Sanctis: & vobis fratres: quia peccaui nimis, mea culpa per superbiam:cogitatione: loquutione:opere, & omissione: precor vos orate pro me. Percutiendo pectus ter, semel dicendo (cogitatione) semel dicendo (loquutione) & semel dicendo (opere & omissione.)

Et sic

Et ſic manet iunctis manibus, & inclinatus dum à Conuentu dicitur (Miſereatur tui.) Quo dicto, reſpōdet, Amen: & erigit ſe. Poſtea Conuentus dicit Confiteor cum iiſdem diſtinctionibus. Et Sacerdos addit, Miſereatur veſtri omnipotēs Deus: per interceſſionem beatæ Mariæ, & omnium Sanctorum: & dimittat vobis omnia peccata veſtra: & perducat ad vitam æternam. Atque reſponſo à Conuentu (Amen,) ſubnectit: (Adiutorium noſtrum in nomine Domini.) Omnia verò prædicta dicuntur recta voce cum circumflexo tantùm in fine ſingulorum, excepto Confiteor.

14 Poſt hæc manibus ſemper iunctis & demiſſis oculis, maturè accedit ante medium Altaris: vbi inclinatus dicit (Pater noſter, & Aue Maria,) deinde oſculatur Altare.

tare. Erectus signat se, & inclinat. Tunc accedens ad librum, dicit intelligibili voce Introitum cum Kyrie eleison in cornu Epistolæ: dum Conuentus illa cantat. Quæcumque autem dicit Sacerdos ad Altare, vel in sede sua sine nota, sic dicere debet ne Chorus vocem eius audiat.

15 Vltimo Kyrie eleison cantato, incipit iunctis manibus in prædicto cornu (Gloria in excelsis) si dicendum sit, (Et in terra pax) subiuncto per Cantorem, inclinat modicè cum Conuentu, manúsque tenet inuicem insertas.

Quando dicatur Gloria in excelsis, & Kyrie eleison Dominicale.

16 Dicitur autem Gloria in excelsis omnibus Dominicis & festis duodecim Lectionū, præterquam in Aduentu vsque ad Natiuita

uitatis vigiliam inclusiuè, & à
eptuagesima vsque ad vigiliam
Paschæ exclusiuè. Conceptio ta-
nen & Purificatio beatissimæ sem-
per Virginis Mariæ, sicut Annun-
ciatio Dominica, iis temporibus
occurrentes, habent Gloria in ex-
celsis, in Missis etiam priuatim, ac
alio post solennitatem die, de ipsa
tamen solennitate, dicendis. Item
dicitur in vigiliis Paschæ, & Pente-
costes, ac per octauas harum so-
lennitatum, & Natalis Domini in
Missis ipsarum propriis. Dicitur
etiam in Missis quæ extra Aduen-
tum & Septuagesimam dicuntur,
de sanctissima Trinitate, Spiritu
sancto, Corpore Christi, de Cruce,
de Sanctissimo nomine IESV, Ge-
trice Dei (vigilia Assumptionis
tantùm excepta) de Angelis, &
festis trium lectionum, in festis 12.
lectionum occurrentibus: in om-
 nibus

nibus aliis Missis non debet dici.

17 Cæterùm quotiescumque Gloria in excelsis in Conuentu dicitur, aut diceretur nisi Septuagesima, vel Aduentus impediret: Kyrie eleison etiam Dominicale cantatur: stantes oramus in Canone, & pax datur. In cæteris verò Missis feriale Kyrie eleison cantatur, & pax non datur. Excepta vigilia Natalis Domini; in qua, licèt Gloria in excelsis taceatur, tamen Dominicale Kyrie eleison cantandum est, & pax ministranda.

De

De Orationibus, Commemorationibus, & suffragiis in Missa dicendis, atque aliis vsque ad Canonem.

CAP. XXVI.

DECANTATO Gloria in excelsis, vel si non dicitur, dicto Kyrie eleison, sacerdos stans in eodem cornu Epistolæ, dicit (Dominus vobiscũ) cum sequentibus cæremoniis. Disiunctis manibus dicendo (Dominus) reuerenter ad Altare inclinat; dicendo (vobiscum) clausis oculis, vel ad terram demissis, vertit se à latere dextro ad Conuentum, & in vltima syllaba eiusdem dictionis, palmas iungit, ac modicè inclinat. Respondente autem Conuentu; per

per eamdem partem ad Altare reuertitur, iunctas tenendo manus vsque ad Orationis principium.

2 Et prima quidem Oratio semper suam conclusionem habet integram: præterquam in Festis quibusdam, vbi duæ copulantur. Verùm reliquæ quantumuis multæ sint: sicut sub vno (Oremus) dicuntur, sic vnica terminantur conclusione. Orationes autem concludendæ, si dirigantur ad Patrem, concluduntur (per Dominum nostrum:) si ad Filium, (Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate, &c.) Si in principio Orationis fiat mentio Filij, concluditur (Per eumdem:) si in fine eius fiat mentio, dicitur (Qui tecum viuit,) Exceptis paucis in quibus aliter ordinatur: si facta sit mentio Spiritus sancti, dicitur in conclusione, In vnitate eiusdem Spiritus sancti.

3 Item in omnibus Missis de
iuis, Commemorationes occur-
entes semper secundum occupant
ocum post ipsius Missæ Oratio-
em propriam: extra tres solenni-
ates, & Cœnam Domini, vt pro-
riis locis declaratur, cap.45. n.2.&
.cap.50.num.4. cap.53.num.1.cap.
9. num. 6.

4 Quòd si plures simul occur-
ant faciendæ, talis est ordo seruan-
us: vt ante alias primum fiat de
esto duodecim Lectionum, tum
e Dominica. Tamen excipiuntur
Dominicæ infra octauas Euchari-
iæ, Visitationis, Assumptionis, &
Natiuitatis gloriosissimæ virginis,
ancti Ioannis Baptistæ, SS. Aposto-
orum Petri & Pauli, & sancti Patris
nostri Brunonis: in quibus priùs
t cõmemoratio de Octauis quàm
e Dominica, si quando contingat
e vtroque fieri commemoratio-
nem.

nem. Excipitur etiam vigilia Natalis Domini, de qua priùs fit commemoratio quàm de Dominica in ea occurrenti, si faciēda sit de vtraque. Post Dominicas, locum digniorem occupant commemorationes aliarum Octauarum, tam solennium quàm festiualium. Deinde sequūtur vigiliæ Missam aut solam commemorationem habentes: vigilia Natalis Domini tantùm excepta. Postea trium lectionū festa. Deinceps, Sancti solam commemorationem habentes, & postremò ieiunia Temporalia, & Quadragesimalia, atque Rogationes. Officium tamen in ieiuniis per octauas Pentecostes contingentibus pertinet ad solēnitatis dignitatem: ac propterea ipsius commemoratio præcedit festa trium lectionum.

5 Vigiliæ verò commemorationem tantùm habentes in Missis, sunt:

nt: Sanctorum Mathiæ, Iacobi, artholomæi, Matthæi, Simonis & idæ, Andreæ, & Thomæ Aposto-rum, atque Laurentij Martyris. e quibus ipsæ commemoratio-es fiunt eo die quo ieiunatur. At mmemoratio festi tres lectiones abentis semper facienda est suo e, præterquam in quibusdam so-nnitatibus, vt suprà declaratur, 1.3. Et similiter de Ieiuniis Tem-oralibus, Quadragesima, & Ro-tionibus.

6. Post proprias commemora-ones subiungūtur Orationes vo-ræ, quas suffragia, vel communes mmemorationes vocamus, iux-sequēs ordinarium. Diebus Do-inicis, etiam si cantetur de festo odecim Lectionum, Concede æsumus omnipotens Deus (in a oratione volumus post nomen ncti Ioānis Baptistæ addi nomen sancti

ſancti Patris noſtri Brunonis) Omnipotens Deus Chriſtiani, Omnipotens ſempiterne Deus ædificator, Eccleſiæ tuæ, & Deus à quo. Quòd ſi propter commemorationes occurrentes, vel Orationem à Præſidente ordinatam ſeptenarius numerus excedatur, Omnipotens Deus Chriſtiani, intermitti debet, verùm alia nulla. Locus verò Orationum proprius quæ per Superiores iniunguntur, infrà patebit, nu.9. & cap.36.num.18. Excipiuntur Dominicæ in vigilia Natalis Domini, & per ipſius Natiuitatis octauas occurrentes cum Dominicis Palmarum, in octauis Paſchæ, & in quibus ſolennitates celebrantur. In his enim omnibus dicuntur tantùm ex prædictis ſuffragiis, Eccleſiæ, & Deus à quo, quemadmodum in aliis quibuſcumque ſolennitatibus fit, (præterquam in illis quæ
nullam

nullam admittunt commemora-
tionem, vt traditur infrà, cap.45.
num.2.9. cap.50.num.4.cap.53.nu.1.
cap.49.num.6. Idem quoque serua-
tur diebus singulis per octauas Pas-
chæ, Pentecostes, & Natalis Domi-
ni, nisi per Præsidentis ordinatio-
nem addatur alia Oratio penulti-
mo loco dicenda.

7 In Festis aliis duodecim Le-
ctionum, siue Capituli fuerint, siue
non: & in festis trium lectionum
propriam Missam habentibus: item
in Missis propriis vigiliarum, exce-
ptis vigiliis Paschæ, Pentecostes,
Natalis Domini: in Missis denique
Dominicalibus quæ per hebdoma-
dam dicuntur, suffragia hæc ad-
duntur, Concede quæsumus, Om-
nipotens Christiani, Deus largitor,
Ecclesiæ, & Deus à quo. Et si nu-
merus septenarius excedatur pro-
pter commemorationes occurren-

tes aut Præſidis iniunctionem, intermittitur primò (Deus largitor,) deinde ſi opus fuerit (Omnipotens Chriſtiani) ſed alia nulla.

8 In Miſſis autem Conuentualibus, per hebdomadam ex ordinatione Præſidentis, vel ex charta Capituli dicendis, de ſanctiſſima Trinitate, Spiritu ſancto, Corpore Chriſti, etiam infra octauas eius, de Cruce, de Epiphania, vel Aſcenſione Domini, infra earum octauas, de Domina tam in Sabbatis ex ſtatuto, quàm aliàs, etiam intra octauas ſolennitatum eius, de Angelis, & aliis quibuſque votiuis: ſequentes dicuntur orationes. Concede, Omnipotens Chriſtiani, Deus largitor, Deus à quo, Eccleſiæ, Omnipotens qui viuorum. Et in Miſſis de Spiritu ſancto ex charta Capituli generalis, additur Prætende in plurali ante Omnipotens qui viuorum.

9 Si Præsidens in Missis prædictis ordinauerit aliquam specialem Orationem esse dicendam, dicetur suo loco: videlicet statim post proprias commemorationes, si fuerit de sanctissima Trinitate, Eucharistia, Cruce, aut Spiritu sancto. In aliis verò seruetur dignitas Orationum, vt de Genitrice Dei ante Angelos, de Angelis ante Apostolos: & sic descendendo per singulos Beatorum gradus, quemadmodum nobis per Ecclesiam innotescunt. Quòd si oratio à Præsidente iniuncta sit alia à prædictis, vtpote de bonis à Deo impetrandis, aut malis auertendis: ponatur semper in penultimo loco, sicut omnis oratio pro Defunctis, quam præcedit quæ à Præsidente iniungitur.

10 De suffragiis Quadragesimæ, cap. 48. num. 5. 6. 7. 8. Rogationum, cap. 52. num. 1. Ieiuniorum Tem-

poralium, cap.44. nu.10. Missarum Capituli generalis, cap.51.nu.1.2.5. ac Mortuorum : cap.34. nu.13. cap. 35. & seq. propriis locis habetur infrà.

11 Quoties autem duæ Missæ aliæ quàm pro Defunctis in Conuentu dicuntur, in ea quæ ad Hebdomadarium pertinet, omittitur oratio (Ecclesiæ) & dicitur (Deus à quo :) in alia verò omittitur (Deus à quo) & dicitur (Ecclesiæ:) exceptis Sabbatis ieiuniorũ Temporalium & quibusdam vigiliis, vt infrà declarabitur, cap.44. num.10. 15.& cap. 52. num.16. & 19. Quòd si vnica Missa Conuentualis dicatur, siue de Festo, siue de Tempore fuerit, in ea vtraque Oratio, scilicet Ecclesiæ, & Deus à quo, dicetur : supradictis solennitatibus exceptis, num. 6. Et quando prædictæ Orationes ambæ dicuntur in eadem

Missa,

Miſſa, ſemper (Eccleſiæ) tuæ præcedit alteram, niſi oratio Omnipotens qui viuorum, dicenda fuerit: tunc enim (Deus à quo) priorem locum occupat.

12 Finitis Orationibus Sacerdos refert Miſſale clauſum ad alterum cornu Altaris, ante medium eius inclinando, ipsúmque librum ſic collocat, vt poſterior eius pars prædictum cornu reſpiciat: Tum pergit ad cathedram cum ſimili inclinatione, manus tenens ſimul inſertas: vbi recepta à Diacono mappula, libróque aperto, Epiſtolam attentè audit aut legit, cũ Reſponſorio, & Alleluia, vel Tractu.

13 Dicitur autem Reſponſorium ſemper, præterquam à Sabbato intra octauas Paſchæ vſque ad octauas Pentecoſtes: cuius loco tunc in omnibus Miſſis dicuntur duo Verſus, cum Alleluia ante quemlibet

bet versum, & in fine posterioris versus repetitur semel: exceptis Missis Rogationum, & vigiliæ Ascensionis, in quibus est vnicus versus cum Alleluia antè & pòst: excepta etiam vigilia Pentecostes, in qua dicitur vnicus versus cum vnico Alleluia ante versum tantùm, & post versum statim sequitur Tractus. Quando autem dici debet responsorium, dicendus est postea versus cum Alleluia, eum tam præcedente quàm subsequente. Missæ tamen vigiliarum & ieiuniorum extra tempus Paschale cõtingentes, carent huiusmodi versu & Alleluia: excepta vigilia Natalis Domini occurrente in Dominica.

14 A Septuagesima verò vsque ad Pascha dicitur Tractus, præterquam feriis quarta, quinta, & sexta, ante Quadragesimam, & feriis tertiis, & quintis, atque Sabbatis per

totam

totam Quadragesimam in Missis de ieiunio: ac in Missis propriis festorum tres lectiones habentium: & votiuis de sanctissima Trinitate, Spiritu sancto, Cruce, atq; Angelis.

15 Cùm impositurus est Sacerdos incensum thuribulo (quod solis diebus Capituli adoletur,) imponendo nihil dicit, sed talem postea dat benedictionem, (Dominus sit in corde tuo, & in labiis tuis, vt rectè nobis pronuncies Euãgelium pacis.) Qua dicta, iuuante eo qui defert thuribulum: Diaconus induit stolam. Cùm verò non adoletur incensum, aut si minister thuribuli non veniat tempestiuè, data benedictione, Sacerdos iuuat Diaconum, vt stola induatur: deinde vertit se ad Altare, sic manens donec ipse & alij dicendo (Gloria tibi Domine,) se signauerint, & inclinaũerint: tunc enim conuertitur

ad Euangelium.

16 Quando tamen (Alleluia, Veni ſancte Spiritus) dicitur, redit ad Altare, ac in cornu Epiſtolæ ipſum oſculatur, dum Conuentus veniam ſumit: reuersúſque ad cathedrā ſtat verſus lectorium Euangelij, nec vertit ſe ad Orientem, donec Conuentus cantum finierit.

17 Quamdiu dicitur Euangelium, ſtat verſa facie ad ipſum, non iunctis manibus, ſed tenens mappulam. Finito Euangelio, relictáque mappula, iunctis manibus accedens ad medium Altaris, reuerenter inclinat, ac ibidem, oſculato priùs Euangelij libro per Diaconum allato, manibus iunctis incipit (Credo) ſi dicendum ſit: & ſubiuncto per Cantorem, Patrem, modicè inclinat cum Conuentu, túmque manus non iunctas, ſed ſimul inſertas tenet. Quòd ſi Epiſcopo

præſen

præſenti liber oſculandus deferatur,celebrans ſtatim poſtquam acceſſit ad mediū Altaris dicit (Credo, vel Dominus vobiſcum) non expectato ſacroſancti Euangelij oſculo.

18 Dum dicitur(Et homo factus eſt) ante medium Altaris reuerenter inclinat, & antequam ſe erigat oſculatur Altare:non tamen genua flectit. Numquam enim ipſe Sacerdos, quamdiu ſtat ad Altare ſacerdotalibus veſtibus indutus, genua flectit, aut veniam pro defectibus capit: ſed quando veniæ deuotionis ſunt ſumendæ, incuruatus tantùm corpore, Altare oſculatur. Dicto (Et homo factus eſt) manus abluit dicens verſum(Lauabo inter innocentes manus) cum vno, aut duobus ſequentibus,aquam infundente Diacono, qui etiam mox capſam Corporalis apertā profert.

Sacerdoti: vt ipſe ſumens Corporale,ſic idem ſuper lapidem Altaris conſecratum expandat, vt aliqua ſit diſtantia vtrinque, tam inter frontem Altaris, quàm illius tabulam & Corporale. Debet autem expandi in longum,& ſuperior eius pars plicari verſus Sacerdotem. Quòd ſi nimis lõgum fuerit ipſum Corporale: replicanda etiam erit aliquantulum pars inferior, ne pulueres, aut immundum quid attingat. Verùm ſi (Credo) non eueniat dicendum, hæc fieri debent poſt (Dominus vobiſcum.)

19 Dicitur autem(Credo)in omnibus ſolennitatibus, exceptis ſanctorum Stephani,Innocentum,Benedicti, Ioſeph, Magdalenæ,Annæ, & Hugonis Lincolnienſis, in quibus (Credo) non dicitur: niſi occurrant in Dominica. Feriis etiam ſecunda,tertia.& quarta,intra octa-

uas

uas Paſchæ,& Pentecoſtes (Credo) non dicitur. In ſolennitate autem ſancti Patris noſtri Brunonis voluinus (Credo) dici. Dicitur etiam in feſtis Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, quæ duodecim habent lectiones, & ſingulis totius anni Dominicis. Dicatur etiam (Credo) in omnibus Miſſis tam Conuentualibus quàm priuatis, ſiue votiuis, ſiue iniunctis quæ de viuis celebrantur, tam diebus Dominicis quàm aliis feſtis in quorum Miſſa Credo dici debet: exceptis Miſſis de vigilia, & de ieiunio.

20 Dicto (Credo) aut ſi non ſit dicendum, finito Euangelio & deoſculato vt ſuprà, num. 17. Sacerdos ſubiũgit (Dominus vobiſcum) modo priùs, n. 1. declarato, reſponſóque à Conuentu, (Et cum ſpiritu tuo) dicit (Oremus,) iunctas manus retinẽs, deinde diſiunctis manibus, ſtatim

ſtatim legit Offertorium, & inclinans Ad altaris medium pergit ad cornu Epiſtolæ: vbi primùm manus lauat, & Corporale ſuſcipit, ſi hæc iam antè non egerit. Deinceps Calicem accipit à Diacono oſculante manum eius: ibidémque expectat, Calice ſuperpoſito Altari, donec Diacono aquam infundente dixerit (De latere Domini noſtri Ieſu Chriſti exiuit ſanguis, & aqua in remiſſionem peccatorum,) & addens, (In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; Amen): integram oblationem ſignauerit. Tum ad medium Altaris reuertitur, vbi ſtans Calicem paulò eleuatum tenet ambabus manibus: videlicet cum ſiniſtra pedem, cum dextra verò nodum infra cuppam: ac intentis ad Deum oculis offert dicens: (In ſpiritu humilitatis & animo contrito ſuſcipiamur à te Domine,

, & sic fiat sacrificium nostrum,
à te suscipiatur hodie,& placeat
i Domine Deus.) Tunc faciens
ıcem cum ipso Calice, dicendo
ı nomine Patris, & Filij, & Spiri-
s sancti; Amen,) ponit eum su-
r Corporale in medio, & Hostiã
llocat ante Calicem; quẽ postea
ɔeriore Corporalis parte coope-
: imposita prius patena ex maio-
parte subtus Corporale, ad ma-
m dexteram. Si verò plures sint
ɔstiæ consecrandæ, disponit eas
vtraque parte maioris quæ in
rificium præparatur: si vna tan-
n præter maiorem, à sua sinistra
am collocat.

ıı His peractis incensum si ado-
. debeat, imponit thuribulo,
od mox à Diacono manum eius
ulante accipit: cochleari priùs
ıiculæ reposito. Thurificaturus
it, (Dirigatur Domine oratio
mea

mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.) Poſtea thurificat ſemel ſuper Calicem, & Hoſtiam in modum crucis, dicens, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; Amen. Et ſemel in modum coronæ, ducendo thuribulũ ab Epiſtolæ cornu verſus alterum poſt Calicem, deinde ſemel ad crucem; ſemel ad cornu Epiſtolæ, ſemel ad cornu Euangelij, & ter inferiùs ante faciem Altaris. Redditóque thuribulo Diacono, lauat digitos & extergit: ſtans in cornu Altaris, donec Diaconus ter ad Corpus Domini thurificauerit: quo facto ad medium Altaris rediens, expectat donec Diaconus, qui interim Altare circuit, reuerſus fuerit: eóque reuerſo, ſi Conuentus perfecerit Offertorium, vertit ſe ad Chorum dicens (Orate fratres pro me peccatore ad Dominum Deum noſtrum) cum cære-

moniis

oniis de Dominus vobiſcum an-
dictis, num. 1.

22 In profeſſione Nouitij dicto In ſpiritu humilitatis) ante thuricationem, & finito à Conuentu Offertorio, accedit Sacerdos ad partem Epiſtolæ, ibíque ſtat donec Nouitius coram ſingulis orauérit, & reuerſus fuerit ad gradum Altaris. Quo reuerſo, Sacerdos accedit ad gradum Altaris, & ſtans iuxta Nouitium, benedicit cucullam, & aſpergit aquá ſancta. Deinde iuuantibus Diacono, vel Procuratore, & Sacriſta, exuit Nouitium cappa, nouitialíque cuculla, dicens (Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus ſuis.) Et benedicta cuculla eum induens, dicit (Et induat te nouum hominem, qui ſecũdùm Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.) Síque plures profiteantur, ad ſingulos eadem verba repetit

repetit: reliqua verò in plurali numero dicenda ſunt. Poſtmodum accedens ad Epiſtolæ cornu, ſtat ibi donec Nouitius profeſſionem legerit, & oſculato Altari ſe pro ſuſcipiēda benedictione proſtrauerit. Quo proſtrato ſubnectit Sacerdos Orationem (Domine Ieſu Chriſte, qui via es, &c.) eáque finita aſpergit nouiter profeſſum: atque ad Altaris medium reuertens, thuficat more priùs declarato, n. 21.

23 Cùm aliquis ex noſtris celebrat primam Miſſam, numquam deſcendit ad gradum pro ſuſcipienda oblatione.

24 Quando thus non adoletur, Sacerdos diſpoſitis patena & Calice ſicut antè deſcriptum eſt, nu. 20. & finito à Conuentu Offertorio, dictóque (Orate fratres) mox incipit Secretas: non præmiſſo (Domine exaudi orationem,) ſed tantùm

(Ore

Oremus, &c.) Et tunc tenet ma-
us vtrasque super Calicem & Ho-
am expãsas. Cæterùm quot Col-
ctas dixit ante Epistolam,tot tan-
mmodo dicit Secretas oratio-
s, & eodem ordine. Si autem
litus fuisset dicere priùs Colle-
m aliquam ex debito dicẽdam,
dicẽdo Secretas recordatus fue-
, dicat illam suo ordine simul
n sua Secreta. Si autem post
tas omnes Secretas recordatus
rit Collectæ omissæ, non potest
m ampliùs in ea Missa recupera-
Primam Secretam sequitur sua
clusio integra vsque ad (Amen)
lusiuè: in quibusdam autem il-
copulatio seruari debet quæ
cessit in Collectis. Postmodum
præmisso (Domine exaudi) sed
mus tantùm, dicitur secunda
reliquis sub vna conclusione.
us vltima verba dicturus, scili-

R cet

cet (Per omnia secula seculorum,) expansas manus sic leuat: vt summitates digitorum supra humeros aliquatenus appareant, atque in hunc modum eas tenet per totam Præfationem. Ad (Gratias agamus Domino Deo nostro) reuerenter inclinat: non tamen osculatur Altare.

25 Porrò Præfationes propriæ dicuntur in omnibus Missis de sanctissima Trinitate, Corpore Christi, Cruce, de Genitrice Dei, vigilia Assumptionis excepta, déque Apostolis & Euangelistis duodecim lectiones habentibus: aliísque quibusdã Festis & temporibus, vt infrà patebit, cap.45.num.2.7.& 9.cap.46. nu.3.cap.48.nu.9.c.50.nu.1.6.& 14. cap.52.num.13.18.cap.53.num.1.

26 Dicta Præfatione, Sacerdos profundè ante faciem Altaris inclinatus, & iunctis ante pectus manibus

nibus voce intelligibili dicit (Sanctus,&c.) Et dum dicit (Benedictus qui venit,) erigit se & signat.

De his quæ in Canone vsque ad Missæ finem Sacerdoti obseruanda sunt, déque modo communicandi alios in Missa Conuentuali.

Cap. XXVII.

DIcto Benedictus qui venit, &c. Sacerdos incipit Canonem, dicens iunctis anibus, & profundè ante faciem taris inclinatus (Te igitur, &c. que (Benedicas:) tunc erigit se, facit tres cruces super Calicem Hostiam simul, provt dispositæ t in Missali.

2 Ad (In primis quæ tibi offerimus) eleuat & expanſas tenet manus in modum Crucifixi: ſicque perſeuerans vſque ad (Hanc igitur,) & totus in ſe recollectus quantùm fieri poteſt, profert ſacratiſſima Canonis verba quàm deuotiſſimè: ſed moram fugiens faſtidioſam, præſertim eos commemorando quos debet in Miſſa commendatos habere. Quod vt fiat, Viuorũ commemoratio: (quæ Memento vocatur) finem accipiat, quando (Benedictus) à Conuentu inchoatur, aut certè antequam abſoluatur. Altera verò quæ pro Mortuis fit poſt conſecrationem, breuior eſſe debet.

3 Peracta commemoratione Sacerdos reuerenter & cum grauitate inclinat, & ſimiliter poſt (Communicantes) cùm profert illa verba, Mariæ Genitricis Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti. Aliquando

(Commu

Communicantes, & Hanc igitur) ropria dicenda ſunt, ſicut ſuis los adnotatur.

4 Ad hanc igitur extendit maus ſimul ſuper oblata, ita vt palæ ſint apertæ verſus ac ſupra Cacem, & Hoſtiam: quas ſic tenet que ad (Quam oblationem tu eus in omnibus quæſumus) inaſiuè. Cùm dicit (Benedictam, criptam, ratam) ſignat ter Hoſtiã, Calicem ſimul, deinceps ad ver- (Vt nobis Corpus) ſeparatim ſiat Hoſtiam ſemel tantùm: cúmé profert: (Et Sanguis) ſemel licem tantùm: poſtmodum iunns manus ante pectus proſequi-, (Fiat dilectiſſimi Filij tui Doni Dei noſtri Ieſu Chriſti) cum ofunda inclinatione, deinde exgit pollices, & indices ſuper rporale dicens, ſecretè vt priùs; ui pridiè quàm pateretur) & ac-

 cipiens

cipiens pollice & indice dextræ manus Hostiam, & eam cum illis, ac indice & pollice sinistræ manus tenens dicit (Accepit panem in sanctas, &c.) eleuánsque ad cælum oculos, & statim demittens, dicit, (Et eleuatis oculis in cælum, &c.) Dicendo (Benedixit) dextra manu producit signum crucis super Hostiam, quæ interim manu sinistra inter pollicem & indicem tenetur; & si plures sint consecrandæ Hostiæ, vno crucis signaculo signat, tam ipsam quam tenet, quàm alias. Ideò quam tractat, tenere debet prope reliquas: vt meliùs dirigat intentionem suam ad omnes consecrandas. Dicens (Fregit) rursus apponit Hostiæ sacrificij priores dextræ digitos, dictóque (Manducate ex hoc omnes) brachiis Altari innixis stans capite inclinato, cum omni attentione, reuerentia & de-

motione profert hæc consecrationis verba super Hostiam quam tenet, ac simul super omnes quotquot sunt consecrandæ (Hoc est enim Corpus meum.) Debent autem illa verba proferri secretè, distinctè, ac continuatè.

5 Quibus prolatis, Sacerdos tenens in sanctissima Hostia Saluatorem mundi inter pollices & indices, reliquis manuum digitis simul extensis atque coniunctis, profundè inclinatus, & genu flexus, non tamen vsque ad terram, eam adorat, sic quidem vt à consistentibus retrò videri tunc non possit quæ adoratur. Mox Sacerdos se erigens, illam sensim & cum magna grauitate, sempérque intentis eidem oculis eleuat quantùm commodè potest in altum: atque sic omnibus ostendit quàm deuotissimè adorandam, deinde reuerenter super

Corporale reponit, in eodem loco vnde ipſam leuauit. Caueátque diligenter ne aliud quidpiam indice, aut pollice aliquo tangat, vſque ad ablutionem digitorum poſt Communionem.

6 Repoſitum verò ſanctiſſimum Sacramentum profundè inclinatus veneratur, ſurgit & erectus dum dicit (Simili modo) diſcooperit Calicem, in quem excutit digitos quibus Hoſtiam tenuit: quod ſemper faciat quoties Hoſtiam conſecratam contrectauerit, ea depoſita, ne fortè aliquod fragmentum digitis adhæſerit. Cùm dicit (Accipiens & hunc, &c.) accipit Calicem vtraque manu, eúmque parum eleuat, primùm retractis paululum Corporalibus, & reſtrictis inter digitos & oram Calicis ne decidant. Dicto (Gratias agens) Calicem deponit, ſed manum ſiniſtram non

remo

remouet. Facta autem cruce super Calicem ad (Benedixit,) iterum eum resumit vtraque manu, & eleuat parum, proferens secundæ Consecrationis verba, quemadmodum primæ prolata fuerunt. Quibus dictis, vtraque manu semper Calicem cum Corporalibus modicè eleuatum retinens, genua aliquantulum flectit, & caput inclinãs sacrum Sanguinem reuerẽter adorat: erigénsque se, Calicem paulò altiùs eleuat dicens. (Hæc quotiescumque feceritis in mei memoriam facietis.) Quo dicto Calicem deponit super Corporale in loco pristino, ac cooperit: rursúsque profundè inclinatus ipsum Sacramentum veneratur.

7 His peractis celebrans dicturus (Vnde & memores) eleuat & expandit manus vt antè. Cùm dicit (Hostiam puram, &c.) signat ter

Hostiam & Calicem simul. Ad (Panem sanctum vitæ æternæ) semel Hostiam tantùm. Et dicens (Et Calicem salutis perpetuæ) semel Calicem tantùm. Deinde stans, vt priùs expansis manibus, prosequitur (Supra quæ propitio.) Ad (Supplices te rogamus) cancellatis manibus, ita quòd sinistra sit inferior, & iunctis digitis quibus Hostiam tenuit, inclinatur ante faciem Altaris. Cùm dicit (Ex hac Altaris participatione) osculatur Altare in medio, & erectus signat sanctissimum Corpus & Sanguinem, dicens (Sacrosanctum Corpus & Sanguinem.) Cúmque dicit (Omni benedictione, &c.) Sacrosanctæ Crucis salutare signum sibi ipsi imprimit.

8 Ad (Memento Domine famulorum, &c.) stans vt priùs expansis manibus ac oculis in sanctissimum Sacramentum intentis (quod

quan

uantùm fieri poteſt continuò de-
et præſtari à conſecratione ad
ommunionem vſque,) comme-
orationem facit fidelium De-
unctorum: eáque facta inclinat.
icendo (Nobis quoque peccato-
bus) in ſilentio ſicut cætera, vertit
ianum dexteram ad pectus iūctis
gitis quibus Hoſtiam tractat, &
ngit illud ſemel tribus aliis digi-
s: ita quòd ſonitus non audiatur.
9 Ad (Per quem omnia) factis
cut diſpoſitum eſt in Miſſali tri-
us crucibus ſuper Calicem & Ho-
iam communiter, diſcooperit
Calicem, dicens (Et præſtas nobis)
nclinat profundè, ſtatímque ſe eri-
ens, reuerenter accipit Hoſtiam
nter pollicem & indicem dextræ
nanus, iuuante ſiniſtra: poſtea po-
it manum ſiniſtram ſuper pedem
Calicis, & dextra accipiēs Hoſtiam,
facit tres cruces ſuper Calicem à
labio

labio ad labium cum ipſa Hoſtia, tenendo ſemper eius partem in qua impreſſa eſt figura Chriſti vniformiter versùs ſe, & faciens has cruces dicit (Per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo.) Facta autem tertia cruce, & remanente manu cum Hoſtia ſuper Calicem, iungit & ſiniſtram. Tenénſque vtraque manu Hoſtiam & Calicem, dicit (Eſt tibi Deo Patri, &c.) dicénſque (Per omnia ſæcula ſæculorum) parũ eleuat Calicem & Hoſtiam: Cùm autem dicitur (Amen) deponit vtrumque in loca priſtina.

10 Dicendo (Oremus præceptis ſalutaribus, &c.) digitos excutit in Calicem, eúmque cooperit, ac facta ad ſanctiſſimum Sacramentum inclinatione, erectus expanſis ſicut antè manibus proſequitur Orationem Dominicam. Cùm reſponſum eſt à Conuentu (Sed libera

nos

os à malo) dicit intelligibili voce
Amen,) verùm ſecretè ſubiungit
Libera nos quæſumus Domine,
&c.) Et dicens (intercedēte beata)
atenam accipit inter indicem &
medium digitum manus dextræ,
ollice & indice non diſiunctis, ad
omen Mariæ inclinando. Dicens
Et beatis Apoſtolis tuis Petro &
aulo) ſignat ſe cum patena: cum
ua tangit Hoſtiam, dicendo (Da
ropitius pacem) ſtatímque pate-
am oſculatur. Et mox ad (Ope
miſericordiæ tuæ adiuti) leuat Ho-
iam ſuper patenam. Cùm dicit (Et
peccato ſimus ſemper liberi) diſ-
cooperit Calicem, & reuerenter
nclinat. Deinde dicendo (Et ab
mni perturbatione ſecuri) accipit
Hoſtiam.

11 Dicendo (Per eumdem Do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum
Filium tuum) Hoſtiam cùm ſum-
ma reuerentia frangit ſuper Cali-

cem,non tamen per medium, sed partem quam tenet dextera facit minorem, eámque super patenam deponit. Dicens (Qui tecum viuit & regnat) frangit per medium portionem alteram, & partem quam sinistra tenet,eadem manu deponit in patenā super aliam partem iam ibi positam. Dicendo (In vnitate Spiritus sancti Deus)vtraque manu tenet tertiam partem Hostiæ & Calicem, & leuat ea parum, dicendó (Per omnia sæcula sæculorum:) deponítque Calicem cum respondetur, Amen, tenens manum sinistram super Calicem. Ac dicendo (Pax Domini sit semper vobiscum) cum manu dextera facit tres cruces cum prædicta particula infra ambitum Calicis: ipsam,cùm respondetur (Et cum spiritu tuo,) demittens in Sanguinem. Tunc dicit (Agnus Dei) semel, excutiendo di-

gitos

gitos in Calicē & ipſum cooperit.

12 Deinceps ſi danda ſit pax, primò ipſum Altare in medio, poſtea porrectum ſibi pacis inſtrumentum à Diacono oſculatur: neutrum eorum facturus, quando pax dari non debet. Poſt hoc profundè inclinatus ante faciem Altaris, dicit orationem (Domine Ieſu Chriſti, &c.) & aliquantulum quieſcit in meditatione tanti myſterij, acceptóque de patena cum omni reuerentia & deuotione ſacro Chriſti corpore, genibus aliquantulum flexis, illud ſumit, diſcooperit Calicem, digitos in eum excutit, & inclinat: diligēter reſpicit ne quid de Hoſtia remanſerit ſuper patenam, vt ſi quid conſpexerit, in Calicem illud mittat. Et Calicem tenens manu dextra, decenter ei patenā cum ſiniſtra ſupponit, interim dum ſumit totum Sanguinem cum

particu

particula in Calice poſita: quibus ſumptis, ſi nullus communicet, primam ſtatim ablutionem ſumit, & quamuis nihil appareat, tamen excùtit Corporale ſuper patenam, & patenam ſuper Calicem: accipítque ſecundam ablutionem interponendo pollices & indices. Collocatóque Calice ſuper cornu Altaris, abluit eos ac tergit vnà cum labiis ſuis, mantili ad hoc ſpecialiter præparato. Verumtamen ſi qui ſint communicādi in Miſſa, vtramque ablutionem, donec eos communicauerit, & ſeruandas Hoſtias repoſuerit, differt: propter tractationem ſanctiſſimi Sacramenti, & fragmenta quæ interim poſſunt euenire, in Calice reponenda.

13 Sumpta ſecunda ablutione Sacerdos deponit Calicem ſuper patenam, plicat ex integro Corporale, vel ſuperiorem eius partem tantùm

antùm versus faciem Altaris, si
lius post eum mox celebraturus
t,aut tempore deficiente plicatio-
em Diacono committit. Tum su-
nit quod de Calice exsorbendum
st, & patenam ei superponit.

De modo alios communicandi.

4 DVo iuniores ex Monachis celebrantib. Professi, quan-
o est Communio generalis pro
on celebrantibus dumtaxat, aut
uando est Communio generalis
ro omnibus etiam celebrantibus,
uo vltimi Nouitij vel Professi,
um alij prosternuntur, duo torti-
a accendunt: eáque circa Altare
ccensa tenent genib. flexis vsque
d finem Communionis, nisi cùm
psi cū aliis sunt suo ordine com-
nunicandi. Interea Diaconus Eu-
haristiam primus de manu cele-
rantis recipit, vt in eius tradetur

officio, cap.29. nu.21.& 22. & post eum alij accedunt tēporis antiquitatem seruantes, quo venerunt ad Religionem, sumpta venia ad Altaris gradum à singulis. Veniunt autem bini & bini, seu tot simul quot ante faciem Altaris commodè collocari possint: pro domorum consuetudine. Et extensa ante eos mappula, quæ à Sacrista & Diacono hinc inde tenetur, Sacerdos vnicuique porrigendo Corpus Dominicum dicit (Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat te in vitam æternam) tenens patenam circa eius mentum dum sanctissima Communio administratur. Et cùm primus est communicatus non statim surgit, sed manet ibi genibus flexis: quovsque omnes qui simul cum eo accesserunt sint communicati. Tunc autem omnes simul communicati, simul surgūt, & pro

& profunda inclinatione facta, mature ac eodem recedũt ordine, quo accesserunt. Túmque alij & non antea supradicto more accedunt, & vinum communicatis à Procuratore administratur cum Calice in extrema parte inuoluto, aut alio quodam honesto ad id præparato vase. Verumtamen quando omnes etiam Sacerdotes Communionem accipiunt, vinum ministrat antiquior ex iis qui communicauerũt. Quòd si illi qui tortitia tenent communicandi sunt, aliqui ex his qui ante eos iam communicauerunt, tortitia ab eis recipiunt & tenẽt, donec etiam ipsi sacrosanctam Communionem sicut & cæteri receperint. Et si qui interim in choro manent, flexis genibus, vultu ad Altare conuerso Dominum nostrum adorare debent, atque sic durare donec vltimus Communio-

nem acceperit. Tunc enim venia ad terram, ſeu pauimētum ſumpta omnes ſurgunt, & Cantor incipit ſecundum Agnus Dei. Aliis etiam Dominicis, quando ſolus communicatur Diaconus, vel mutandæ ſunt conſecratæ Hoſtiæ: vnum vel duo. tortitia pro domorum conſuetudine volumus accendi.

15 Quoties autem prædicta fit Hoſtiarum mutatio, duæ ſemper reponendæ ſunt Hoſtiæ, quarum altera ſaltem ſit recenter conſecrata. Vnde ſi per hebdomadam Infirmus aliquis ſit communicatus, ipſo die ſi Miſſa ſiue conuentualiter, ſiue priuatim celebranda reſtet, alia debet conſecrari Hoſtia: vt duæ ſemper ſeruentur. Verùm ſi poſt meridiem Infirmus cōmunicetur (quod tamen cauendum eſt, niſi extrema neceſſitas cogeret) alterius conſecratio eſt poſtridie facienda quàm

citò

itò fieri poteſt.

16 Porrò paruis Hoſtiis tam Cle-
icos quàm Laicos communica-
nus. Nec aliquam Hoſtiam in ta-
ernaculo ſeruandam frangimus.
.aicos namque de familia noſtra,
c cæteras perſonas Ordinis aliun-
e venientes & ſeruitores earum,
de peccatis ritè confeſſi fuerint,
ommunicare poſſumus poſt Con-
entum.

17 Peracta Communione, repo-
táque Euchariſtia cùm eſt repo-
enda, ipſe celebrans dicit bis (A-
nus Dei,) & accedens ad Epiſtolæ
ornu, ibidem ſtans legit Commu-
ionem: eáque à Conuentu can-
ata, dicit (Dominus vobiſcum,)
ore ſupradicto, cap. 26. num. 1. &
otidē Orationes eiſdémque mo-
o & ordine quot priùs dictæ ſunt
Collectæ: Finitáque vltimæ ora-
ionis concluſione, iterum ſubiun-

git (Dominus vobiſcum) vt priùs. Dum autem à Diacono canitur quod cantandum eſt, celebrans ad Altare conuerſus, claudit Miſſale, & reſponſo à Conuentu (Deo gratias) ſeu (Amen) dicit in medio Altaris inclinatus profundè, iunctiſque manibus Orationem (Placeat tibi ſancta Trinitas) in cuius fine oſculatur Altare, erectúſque ſe ſignat & inclinat. Quòd ſi Hora illico in Conuentu ſequatur (Deus in adiutorium) ad Epiſtolæ cornu incipere debet ſtatim poſt reſponſum à Conuentu (Deo gratias) & Conuentu reſpondente (Domine ad adiuuandum) dicit prædictam Orationem (Placeat tibi.)

18 Si autem alia Miſſa ſtatim in priuato celebranda ſit: eam celebraturus, Communione inchoata, aut ante Litaniarum preces, cùm ſunt dicendæ, nudato capite inclinans

nans ſub gradu Altaris, Veſtiarium
ntrat, manus lauat, cucullam in-
luit: cantato per Diaconum quod
cantari debet, exit, & cum Con-
ıentu ad gradum Altaris inclinans
ıc ſe ſignans, proſtratus ſolitam fa-
cit Orationem. Verùm Diaconus
i hanc Miſſam celebret, poſt id
quod canere ſolet, atque Chori reſ-
ponſum, facta inclinatione aut
uſcepta venia è regione Sacerdo-
is, ad medium pergit gradum cum
proſtratione oraturus: quo caſu
contingente, qui poſt ipſum cele-
praturus eſt; vel Sacriſta candelas
extinguit.

19 Cùm autem illa Miſſa ſecũda
Conuentualis eſt, celebrans in Ve-
tiario induitur, vt habetur per
octauas Euchariſtiæ ſuo loco, c. 53.
num. 15. Sed quando Altare poſt
Miſſam cooperiendum eſt: Sacer-
dos ſtat ad Epiſtolæ partem, & Dia-

conus ad alteram, illóque cooperto, si Hora in Conuentu tunc cantetur, ostium Vestiarij Diaconus aperiens, ac Sacerdoti inclinans, intrat post ipsum, & ostium claudit, iuuátque Sacerdotem in exuendo. Qui sacerdotalibus vestibus, sed non Ecclesiastica cuculla exutus, statim ad gradum Altaris procedens, prostratus Orationem Dominicam cum (Aue Maria) persoluit: erectúsque se signat, & inclinat, vestiariúmque repetens, cucullam exuit, lauat manus, atque cum Diacono Horā illam quæ à Conuentu cantatur dicit quovsque possint Conuentum assequi: túmque ad sedem suam reuertitur. Si tamen Vesperæ dicendæ sunt post Missam de aliqua solennitate, exuta cuculla communi, solenniorem induit, & post Orationem se confert ad sedem Seruitoris in Choro suo, nisi sit

sit Prior: quemadmodum suprà declaratum fuit, cap.24.n.12.& 13.

20 Si nulla continuò sequatur Missam Conuentualem Hora in Conuentu, Sacerdos ad Altare, aut circa illud exuit se iuuante Diacono, Horam priuatim dicendam, si qua sequatur, cum eodem ministro persoluit: eáque persoluta signat se & inclinat, atque ad gradum Altaris solitam orationem prostratus facit, erectúsque rursum se signat & inclinat, ac Vestiarium ingrediens, cucullam Ecclesiasticam deponit, & manus lauat.

De Missis ab Hebdomadario Sacerdote celebrandis, & aliis quibusdam ad eum pertinentibus.

Cap. XXVIII.

1 AD hebdomadarium Sacerdotem pertinẽt Missæ Festorum duodecim Lectiones habentium, & Dominicales tã ipsis Dominicis quàm per hebdomadam celebrandæ. Item Missæ Conuentuales infra octauas Paschæ, Pentecostes, & Natalis Domini, Missæ vigiliarum, & Festorum tres lectiones habẽtium propriæ, Ieiuniorum quoque Temporalium, & Quadragesimæ: Missæ in triduo Capituli generalis, & Rogationum, pro cunctis Fidelibus postridiè omnium Sanctorum, pro fratri

ratribus Ordinis, parentibus, ac
naioribus noſtris poſtridiè Reli-
quiarum, Miſſæ Breuium, Priuato-
um, Precum generalium, quas
Monachi impetrant, & quæ pro
Mercenariis celebrãtur Defunctis.

2 Verùm Miſſa de Dei genitrice
omni Sabbato Conuentualiter, aut
priuatim celebranda, eſt Hebdoma-
darij ſequentis hebdomadæ: niſi
eo die occurrat aliquod feſtũ ipſius
Virginis, aut eius octaua, vel vigilia
Aſſumptionis. Tunc enim huiuſ-
modi Miſſa dicitur ab Hebdoma-
dario præsẽtis hebdomadæ. Quòd
ſi Hebdomadarius ſequentis ſepti-
manæ abſens, aut impeditus fuerit,
tranſit Miſſa Sabbati ad eum cui
contingit ex ordine tabulæ.

3 Cæterùm omni Sabbato in
ſingulis domibus ordinis Miſſa de
beata Maria eſt in Conuentu red-
denda, exceptis Sabbatis hebdoma-
darum

darum Paſchæ, Pentecoſtes, Natalis Domini, infra octauas Corporis Chriſti, & in quibus occurrit feſtum duodecim Lectionum, aut præſens Mortuus, vel officium Defunctorum poſtridiè omnium Sanctorum aut Reliquiarum. Nam huiuſmodi Sabbata habēt quidem Miſſam de Domina, ſed priuatim dicendam. At in Sabbato ſancto nulla omnino Miſſa de Beata dicitur. Cæteræ Miſſæ in Sabbato occurrentes ſunt in priuato reddendæ: niſi vigiliarum, aut ieiuniorum Temporalium ſint, quæ ſemper in Conuentu celebrantur: Et tunc duæ conuentualiter Miſſæ fiunt, excepta Aſſumptionis vigilia, vt proprio traditur loco, c.54.num.1.

4 Quoties Miſſa Dominicalis propter occurrens feſtum ſeu octauas in alium differtur diem: debet prima feria vacante infra hebdomadam

ıadam Conuentualiter celebrari,
ıamuis habeat in propria Domi-
ca ſemper commemorationem.
)uòd ſi nullus dies per illam heb-
ɔmadam vacaret, in priuato per
icarium Hebdomadarij ſuo die
cenda erit, ſi numerus Celebran-
ım ſufficiat. De Miſſis verò Do-
inicalibus quæ aliquando ante
ptuageſimam & Aduentum re-
tuntur, quemadmodum de Do-
inica intra octauas Natiuitatis
omini, tradetur infrà, cap. 45. n. 12.
. & 22. cap. 46. num. 9. Cæterùm
giliæ proprias Miſſas habentes,
ut aliæ ſola commemoratione
ntētæ, quoties occurrunt in Do-
inica, vel in ſolennitate aliqua,
ticipantur die præcedenti: &
ıoad Miſſam vel commemora-
ɔnem, & quoad ieiunium: ex-
pta tantùm vigilia Natalis Do-
ini.

5 Octauæ

5 Octauæ præterea simplices habent Missam octaua die celebrandam, vt de festo trium lectionum fieri solet: nisi Missa hæc occurrat in Dominica, aut aliquo festo duodecim Lectionum, vel intra octauas festiuales, aut Sabbato. Tunc enim in priuato dicitur.

6 Festa trium lectionum, Missam habentia, sunt. Sanctorum Fabiani & Sebastiani, Cathedra sancti Petri Romæ, & Cathedra eiusdem Antiochiæ; Georgij, Catharinæ Senensis, Marcellini & Petri, Geruasij & Protasij, Inuentionis sancti Stephani, Sixti & sociorum eius, Cosmæ & Damiani, Ceciliæ, Barbaræ, & Luciæ. Octauæ Sanctorum Stephani, Ioannis, & Innocentum. Prædictæ Missæ dicuntur in Conuentu vel priuato, ab Hebdomadario, vel Vicario eius. In aliis autem trium Lectionum festis Missam de ipsis

ipſis facere non tenemur:quamuis id liberum ſit vnicuique pro ſuæ deuotione: & Præſidens etiā poſſit de illis Miſſam in Conuentu dicendam ordinare diebus vacantibus.

7 Inſuper feſta quæ per Diœceſim coluntur vbi domus ordinis ſitæ ſunt, quamuis apud nos nihil alioqui haberent, tamen in prædictis domibus quæ proximæ ſunt vrbibus, aut oppidis vnde ſeculares ad nos ſolent venire, habeant ſuis diebus Miſſam de ipſo feſto in Conuentu ea hora, qua in feſtis Capituli feſtiualis Miſſa celebrari conſueuit.

8 Porrò Miſſæ feriarum quartæ & ſextæ in ieiuniis Temporalibus Septembris, & Decembris, ſi propter Feſtū duodecim Lectionum, vel præſentem Defunctum in Conuentu dici non poſſint: in priuato celebrentur, vbi fuerit copia Sacerdo-

cerdotum,& propterea nudum officium de ipsis minimè est dicendum: quod aliàs quoque nullum apud nos locum habere volumus.

9 Missæ præterea de Dei genitrice in Sabbatis,atque aliæ votiuæ quæ per hebdomadam ex Præsidentis ordinatione in Conuentu celebrantur, de sanctissima Trinitate, Eucharistia, & Cruce, Præfationes habent proprias, & Missa de sancto Spiritu mutat in Septuagesima Introitũ vnà cum Offertorio.

10 Quando plures ex dictis Missis ad Hebdomadarium pertinentibus, eodem die dicendæ simul occurrũt: solenniorem dicit Hebdomadarius,& aliam eius Vicarius. Præter alias autem faciles cognitu, Missæ propriæ Vigiliarum, & Sabbatorum ieiunia Temporalia habentium, & ieiuniorum Quadragesimalium solenniores sunt,

quàm

quàm Miſſa Dominicalis per hebdomadam dicenda, ſeu Miſſa propria feſti tres lectiones habentis.

11 Miſſa Dominicalis per Hebdomadam occurrens, cùm non vacat alius dies in quo poſſit reddi, ſolennior eſt quàm Miſſa propria feſti trium Lectionum: Exceptis Dominicis ante Septuageſimam & Aduentum reſtantibus. Huiuſmodi Miſſa trium Lectionum ſolennior eſt quàm Miſſa Rogationum, & ieiunij Temporalis extra Quadrageſimam: exceptis Sabbatis ieiuniorum Temporalium, vt proximè dictum eſt, num. 10. & diebus intra octauas Pentecoſtes. Item Miſſæ pro Breuibus, Priuatis, Precibus, & Mercenariis defunctis numquam in feſto duodecim Lectionum redduntur: nec ab Hebdomadario, eo die quo contingit alia ex ſupradictis ab ipſum pertinentibus.

12 Item quando Missæ pro Breuibus communibus,& precibus simul occurrunt dicendæ, Hebdomadarius priùs pro precibus quàm breuibus persoluit. Si verò breues recenter Defunctorum euenerint: illorum Missæ, Precum Missas antecedunt.

13 Sacerdos hebdomadarius etiã præter ea quæ de Missis ac Horis Canonicis dicta sunt,in Refectorio mensas benedicit, si Missam eo die celebrauerit,alioqui primus qui in eodem Choro eum sequens celebrauit. In die tamen sepulturæ Fratrum, nisi sit dies Capituli, vel alius dies Refectorij, vt intra octauas Paschæ, Pentecostes, & Natalis Domini, mensas benedicit qui pro Defuncto Missam celebrauit: vel eo absente qui agit vices Prioris, etiamsi eo die non celebrauit.

14 Primo die operum communium

nium, poſtquam omnibus præſentibus Prior inchoauit Pſalmum (De profundis,) & dixit verſum (Requiem æternam,) dicto, Pater noſter, Sacerdos hebdomadarius ſubiungit (Et ne nos) cum reliquis precibus & orationibus, provt in Breuiario continentur.

15 Sed per hebdomadam ſuam nullum facit officium minus Sacerdotio, etiam diebus quibus in Conuentu non celebrat. Ideò non cantat in Miſſa Lectionem, Epiſtolam, aut Euangelium, niſi Miniſtrorum inopia aliud poſtulet, nec legit in Refectorio. Prior tamen vel qui vices eius exequitur, etiam ſi ſit Hebdomadarius, in Sabbatis ieiuniorum Temporalium legit quintam Lectionem, quando ipſam ieiunij Miſſam non celebrat. Et is ad quem pertinet thuribulum miniſtrare, etiamſi ſit Sacerdos hebdo

domadarius, illud miniſtrat, ſi Sacerdotis officium non excerceat.

16 Quoties Sacerdos hebdomadarius propter ægritudinem, aut aliud impedimentum quodcumque, non eſt paratus ſuum officium facere, Vicarius eius, is videlicet qui poſt ipſum in eodem Choro futurus eſt Hebdomadarius, vices eius exequitur. Et ſi Hebdomadarius prima die hebdomadæ ſuæ Miſſam Conuentualem cantauerit, & deinceps officium ſuum aliqua de cauſa exequi non potuerit: Vicarius eius tam illi hebdomadæ quàm ſuæ poſtea totaliter ſatisfaciet. Quòd ſi Hebdomadarius prædictam Miſſam non cantauerit, nec deinceps officium ſuum recuperauerit: illa hebdomada ipſius Vicario deputabitur. Licet autem cuilibet Hebdomadario tam Sacerdoti, quàm Diacono, Subdiacono, & Canto

Cantori, ſemper ante quintam feriam recuperare ſuam hebdomadam: ſed feria quinta, & deinceps non licet. Verùm Lectores refectorij, & trium lectionum, ſemper poſſunt recuperare hebdomadam ſuam quamdiu legendum eſt.

17 Sacerdotes non potentes celebrare in Cõuentu, ſupplẽt nihilominus vices Sacerdotis hebdomadarij, in Miſſis priuatis ad eum pertinentibus: quibus ipſe non poteſt ſatisfacere.

18 Quicumque Miſſam in Conuentu celebrat, Horas immediatè præcedentem atque ſubſequentem cantat, ſi præſens ſit. Illi tamen qui primam & ſecundam Miſſam in Natiuitate Domini celebrant, nec Laudes primam Miſſam ſequentes, nec Horam canonicam quæ ſequitur ſecundam Miſſam, & primam Miſſam die Paſchæ, & Pente-

costes dicunt, sed Prior.

19 Sacerdos, solus numquam dicit (Dominus vobiscum) in diuino officio, nisi quando dicturus est Euangelium: aliàs vbi in Conuentu, vel alibi dicit (Dominus vobiscum,) solus dicit (Domine exaudi:) quod etiam obseruat Diaconus.

De officio Diaconi.

Cap. XXIX.

1 DIACONVS ad ministerium accedens Altaris sit semper purus ab omni peccato mortali, ac diebus, quibus ei communicandum est, confiteri debet. Dominicis verò, cùm incipitur in Tertia, Psalmus (Memor esto) intrat Vestiarium, cucullam induit, & redit ad Chorum suum,

ſe collocans iuxta vltimum in ordine, atque hunc vocamus Seruitoris, ſeu Miniſtri locum.

2 Diebus verò Capituli per hebdomadam occurrentibus, & quoties ante Miſſam aliqua Hora cantatur: Diaconus Sacerdotem ſequens, ad gradum Altaris inclinat, & abſque mora Veſtiarium ingreditur. Et ſi Cantoris cuiuſcumque officium exercere debeat, ipſius Vicarius ea præſtat quæ illi ex tali officio contingunt inter ſeruiendum Sacerdoti aut Altari. Ingreſſo Veſtiarium Sacerdoti aquam manibus infundit, atque alia quæ priùs tradita ſunt, cap. 25. n. 7. & 8. præſtat, tam ibi quàm ad Altare. Verùm egreſſo primùm Sacerdote oſtium claudit, & ad Miniſtri ſedem reuertitur, niſi mox Capitulum Horæ dicendum ſit: tunc enim propè Altare Celebrantem expectat, vt illud

præparetur: atque hac præparatione facta, ſi vacet, confert ſe in penultimam Chori ſiniſtri ſedem, vt (Pater noſter, & Aue) iiſdem cum Conuentu vtens cæremoniis, perſoluat. Dúmque ſubſequentes dicuntur preces, cuppam thuribuli ad lectorium defert, cereos accendit: & ad prædictam regreditur ſedem, vbi manet vt ſuprà, donec Sacerdos orationem concludendo proferat (In vnitate Spiritus ſancti,) tunc namque conſcendens verſus Altare, caſulam ſic diſponit vt parata ſit Celebranti ad induendum: qua induta, Diaconus ad proprium in ſuo Choro locum redit.

3 Quòd ſi Miſſam præcedat Proceſſio, aut Litania, tam cuppa thuribuli, quàm cerei, & caſula differuntur. Et dum dicitur concluſio Orationis Horæ præcedentis, ſumitur Crux à Diacono, ſi deferenda ſit:

ſit : quam deferens nemini inclinat, neque Altari, aut Cruci in itinere, ſed ſanctiſſimo tantùm Sacramento, ac Miſſam celebranti, quando ante illa tranſit. In Litaniis autem ſtat miniſter in ſede ſua prope vltimum, & illa præcedentia ſic tempeſtiuè facit, vt caſulam celebranti poſſit tempore congruo miniſtrare. Ab hac lege Sabbatum ſanctum excipitur : vt ſuo loco patet, cap.49. num.33.& 34.

4 Ferialibus verò diebus per hebdomadam, dato ſigno, ad Eccleſiam veniat eo ſaltem tempore quo poſſit ante principium Miſſæ indui : & ad officium ſuum eſſe paratus. Manet autem in Choro, cum Conuentu cantans prope alios Introitum, Kyrie eleiſon, & Gloria in excelſis, cùm dici debet, ſub cuius finem aut vltimum Kyrie eleiſon, ſi Gloria non dicatur, depo-

ſita ſeruitoris ſede, tendit verſus Altare ad locum illius Chori penultimum, ibíque Conuentus more ad Orationes inclinatus, vltimã collectam expectat: ad quam Altaris gradum aſcendens, poſteriorem caſulæ partem eleuat dum ſedet Sacerdos, porrigit ei mantile, & in libro quæ legenda ſunt patefacit, Oblationem parat, ſi Credo non ſit dicendum: alioqui in poſterum differt.

5 In oblatione verò paranda, primò patenam linteo cãdido tergit, eíque Hoſtiam diligenter inſpectam ſuperponit: poſtea Calicem eodem mundat linteo, ac vini tantum infundit vt Hoſtiæ pars ante Communionem innatans commodè per celebrantem ſumatur: demum patenam cum Hoſtia ſuper Calicem ponit, & vtrumque opertorio tegit. Quãdo autem occurrit

currit generalis Communio, Hostias paruas pro communicandis iuxta eorum numerum apponit.

6 In ieiuniis quatuor Temporum, & quoties dicuntur plures in Missa lectiones, ante Epistolam Sacerdoti sessuro Casulam eleuans, inter cathedram & Chorum astat, ac inde pergit ad Seruitoris sedem in Choro dextro, quamuis ipse ad Chorum pertineret sinistrum. At in Quadragesima quando (Flectamus genua) dici debet, sub finem vltimi (Kyrie eleison;) se confert ad gradum Altaris post celebrantem: dictóque (Oremus) ab ipso celebrante, subiungit (Flectamus genua) canendo, flexísque ibidem genibus veniam capit, móxque surgens dicit (Leuate) vbi inclinatus manet vsque ad illius orationis conclusionem: reliquas auditurus, vt suprà traditum est, nu. 4.

in

in penultima ſede.

7 Verùm hyeme, cùm ſæuit frigus, in ſecundæ Collectæ principio prunas per Sacriſtæ prouidentiam allatas (Diaconus enim cuculla indutus Eccleſiaſtica, numquam debet vllam ob cauſam abſque Conuentu, Chori portas egredi) iuxta cathedram pro celebrante collocat: quas iterum peracta Præfatione, atque tertiò poſt Orationem Dominicam ipſi repræſentat.

8 Collocato celebrante in cathedra, ſi (Credo) ſit dicendum, alioqui oblatione præparata, circuit Altare, capit ſtolam in ſuo pendentem loco, librum Euangelij expandit, operítque lintei extremitate quo inuoluitur, deſcendēs in Chorum, è regione Sacerdotis ei inclinat: quod toties facere debet, quoties ante ipſum tranſit, & ſub gradu facta inclinatione Altari, ſecum defert

fert pariter cum ſtola nauiculam incenſi, modò adoleri debeat: & pergit ad Seruitoris locum, cum aliis cantaturus quæ cantari ſolent. Ante finem cantus, erigens ſedem, ſuménſque ſtolam & nauiculam incēſi, pergit ad Sacerdotem: ſtánſque coram eo nauiculam vtraque manu tenet, ſtola interim ſuper brachium eius ſiniſtrum poſita, & implet cochlear thure. Incenſo autem à Sacerdote in thuribulum poſito, Diaconus reddit nauiculam ei qui thuribulum defert, tenénſque ſtolam inter manus explicatam, benedictionem petit, dicendo Sacerdoti, Iube Domne benedicere, cum inclinatione modica: móxque accepta benedictione, adiuuante eo qui defert thuribulúm diebus feſtis, in cæteris verò iuuante Sacerdote, ponit ſtolam ſuper humerum ſiniſtrum, & per dextrum

latus.

latus receptam, inuoluit pro manipulo in ſiniſtro brachio: pergénſque ad legendũ Euangelium,oſculatur medium Altaris, non flectens genua, ſed profundè tantùm inclinans.

9 Tacente autem Conuentu,dicit (Dominus vobiſcum) verſa ad librum facie, dictóque (Sequentia ſancti Euangelij) dum reſpondetur (Gloria tibi Domine) vertit ſe ad Altare: & ſe ſignat ac inclinat. Poſtea proſequitur Euãgelium manibus ſimul inſertis, quo peracto, librum defert Sacerdoti oſculandum,antequam incipiatur (Credo) aut (Dominus vobiſcum) niſi præſens ſit Epiſcopus: tunc enim Sacerdos lecto Euangelio ſtatim incipit (Credo) aut(Dominus vobiſcum.) Diaconus verò interea ſub gradu Altaris cum Conuentu inclinans ad(Patrem)vel Vobiſcum,)

& vtra

& vtraque manu librum interpoſito linteo apertum tenens, pergit reuerenter ad Epiſcopum : qui primus Sacroſanctum Euangelium oſculetur, deinde Epiſcopo inclinans, cum ſimili reuerentia ad Celebrantē redit, eíque librum oſculandum offert : factáque inclinatione ipſi Celebranti, demū & ipſe Diaconus Euangelium oſculatur.

10 Quando tamen Miſſa pro Defunctis celebratur, non fertur liber oſculandus Epiſcopo, niſi ipſe celebret. Quo abſente, libróque Euangelij ſuper lectorium clauſo, ac ſtola ſemel circa librum plicata, Diaconus verſo vultu ad Altare, dum (Credo) canitur, inclinat cum Conuentu ad (Patrem) & mox reuerſus ad librū claudit eum, atque ex integro reponit, ſtola priùs plicata & ſuo appenſa loco. Deinceps inclinat Altari tranſiēs versùs piſcinam,

nam, ibíque oblationem parat, & mappulam, ſeu ſyndonem extendit, quam humero applicaturus eſt poſtmodum.

11 Cùm verò dicitur (Et Homo factus eſt) proſtratus in medio Altaris gradu, veniam vnà cum aliis ſumit, atque mox erectus aquam celebranti, & Corporale miniſtrat. Deinde in Chorum deſcendens, ſuam catãdo ſedem occupat vſque ad (Confiteor vnum Baptiſma:) quo incœpto regreditur verſus Altare, oblaturus Celebranti præparatum Calicem: ſicuti præſcriptum eſt, num. 5. Verùm quoties Offertorium (Aue Maria) fuerit, finem Symboli in Choro expectat: & cùm dicitur (Aue Maria) ad Altaris gradum genua flectens, veniam antè ſumit, quàm ad offerendum Calicem aſcendat: quod ſimiliter obſeruat quando (Credo) non dicitur.

12 Quod si (Credo) non canatur, libro post osculum delato in lectorium, ac leuiter tantùm clauso, properat Diaconus ad aquam primò celebrantis manibus infundendam: ac postea porrigendum ex aperta capsula Corporale, tum mappula, seu syndone sinistro humero applicata, depositóque opertorio, Calicem in medio per nodum suscipiens manu dextra, pedem tenet sinistra, syndonis interposita extremitate, addénsque dextram eodem modo, ad vicinum cornu Altaris procedit, Calicem tam altè ferens, vt æquetur ipsius ferentis capiti: ibíque in hunc modum stans, vultu ad Celebrantem verso, si tunc subiungitur (Dominus vobiscum) caput modestè cum Conuentu inclinat, osculatáque Sacerdotis manu, oblationem ei tradit: & absque mora deponens

ſyndonē, Calici aquam è cochleari infundit, vnam ſcilicet, aut duas guttas: ſtatímque, ſi per tempus licet, depoſitam ſyndonem plicat. Et quoties tractaturus eſt Calicem, aut Corporale, toties digitos lauare debet: niſi lotio huiuſmodi iamiam præceſſerit. Quinetiam manus ſunt lauandæ, poſt rerum conſecratarum tractationem, quando finis imponitur.

13 Quando thus adoleri debet, plicata ſyndone, vadit versùs Celebrantis dexteram, à Thuriferario nauiculam accipit, impletúmque cochlear incenſo, ſimul cum ipſa nauicula Sacerdoti offert: incenſo impoſito, nauiculam Thuriferario reddit, thuribulo inſufflat, idémque porrigens Celebranti, eius dexteteram oſculatur: in thurificando caſulam ab vtroque thurificantis brachio aliquantulum eleuat, poſt

thurifi-

thurificationem, recepto à Sacerdote thuribulo, illius digitis rursus abluendis aquam infundit, sinistra tenens ipsum thuribulum cum pelui, & dextra ampullam aquæ, & statim deposita pelui cum ampulla, circumit Altare thurificans: & ante mediam ipsius faciem constitutus, ter thuribulum versùs sanctissimum Sacramentum, ac Crucem ducit, simile facturus ab Altaris dorso: demùm reuersus ad Celebrantem, dum dicitur (Orate fratres) anteriorem casulæ partem sinistra eleuans, dextra Celebrantis faciem supra casulam thurificat: quo ad Altare conuerso, reponit thuribulum, & ad penultimã Chori sui sedem proficiscitur. Quando non adoletur incensum, nihilominus Diaconus prædictam casulæ partem ambabus manibus eleuat, dum dicitur (Orate fratres.)

14 Post (Gratias agamus Domino) sumpta venia super formam suæ sedis stolam, ac librum Euangelij, si reponenda sunt, reponit, ad eandem penultimam sedem redit, vbi Conuentuales semper cæremonias obseruat, & opportuno tempore ad intortitium accendendum progreditur, accensum dextra ferens, ad Altare retro Sacerdotem pergit: & dum ad (Benedixit) Sacerdos crucem facit, dat signum Conuentui: & genua flectit, apprehendénsque casulam sinistra manu tenet eleuatam, donec Calix depositus fuerit. Tunc enim erectus, Conuentui rursum signum surgendi facit, & extinguit intortitium, extinctúmque reponit: quod quādiu gestat, ita gerendum curet, ne vllum paramentum, aut cuculla defluentibus ceræ guttis deturpetur: ac quoties in hoc actu se mouet

uet loco, toties inclinare debet, videlicet aſcendendo gradum, quando ventum eſt ad Sacerdotem, peracta eleuatione Calicis ibidem, ac demùm deſcenſo gradu. Verùm in ſolennitatibus intortitium non extinguit ipſe, ſed Sacriſta, & ad ſedem penultimam regreditur.

15 Dominicâ Oratione decantatâ, cùm dicitur (Per omnia ſecula ſeculorum) ſi ſit pax danda, duo ipſius pacis inſtrumenta linteo detergit, ad Sacerdotem defert, ab eius dextra ſanctiſſimo Sacramento inclinat, vnum ex inſtrumentis oſculandum celebranti dextra porrigit, dicto priùs ab eo (Agnus Dei) poſt datum oſculum, oſculatur & ipſe primò inſtrumentum à celebrante iamiam oſculatum, deinde alterum quod ſiniſtra tenet: rurſúsque facta ibidem profunda inclinatione, deſcendit in Chorum

absque alia inclinatione sub gradu, ipsa instrumēta manibus ambabus eleuata deferens, & rectà tendens ad Priorem, quod manu dextra tenet ei proponit: mox ad alterum transiens Chorum, inclinat in medio, porrectóque læuæ manus instrumento Antiquiori: ad Conuersos proficiscitur, & aperto Chori illorum ostio, instrumētum sibi oblatum osculatur: ad sinistram vergit, receptóque instrumento à sinistri Chori vltimo, transit ad dextrum, vt simile faciat: atque in hoc progressu debitas seruat inclinationes præter prædictam, videlicet vnam Priori in prima porrectione, alteram seniori in opposito, tertiam vltimo in eodem latere, quartam in trāsitu profundam Altari, quintam Priori, si huius Chori vltimus locum habeat, infra formarum incisionem quæ Priori proxima est, alioqui non: sextam reddenti pacis

inſtrumentum, ſeptimam ſub Altaris gradu.

16 Quòd ſi præſens ſit Epiſcopus, vel Abbas, Diaconus in primis quod dextra manu tenet pacis inſtrumentum, ei offert, oſculatúmque ab eo, ſtatim recipit: alij verò Principi porrigendo brachium reuerenter extendit verſus ipſius faciem tenens idem inſtrumentum: deinceps ad Priorem, & alios ſolito more procedit.

17 Cæterùm pax dari debet in omnibus duodecim Lectionum Feſtis, & Cœna Domini. Item per hebdomadas Natalis Domini, Paſchæ, & Pentecoſtes, diebus ſingulis. In vigiliis earumdem ſolennitatum, & Miſſis omnibus Conuentualibus de ſanctiſſima Trinitate, Euchariſtia, & Spiritu ſancto, de Domina, de Angelis. In Miſſis etiã aliis quæ Dominicale Kyrie elei-

ſon habent: quamuis careant(Gloria in excelſis.)

18 Repoſitis pacis inſtrumentis, deſcēdit Diaconus ad penultimam dextri Chori ſedem, de quocumque Choro fuerit ipſe: ibíque proſtratus Dominum adorat Saluatorem: dum autem ſumitur Calix à celebrante, ſurgens tendit ad ſacrarium, ſeu piſcinam, ſolitas ſemper ſeruãdo inclinationes, peluim cum ampullis ſiniſtra deferens: vinum, aquam, & mantile dextra miniſtrat: in ablutione ſecunda ſurgendi ſignum Conuentui dat.

19 Quando pax non datur, ſe cum Conuentu ſimul in penultimo loco proſternit: & ſi ad ſiniſtrum chorum petineat, dum dicitur primum (Agnus Dei) ad dextrum tranſit, vt hæc eadem faciat. Et quoties Diaconus à parte dextra in ſiniſtram, aut contrà, ſe confert.

Altari

Altari quidem debet inclinare, ſed non Priori, ſi tranſitus prope gradum fiat.

20 Diebus autem quibus Euchariſtia eſt mutanda, & Diaconus ſolus communicandus, erectus ipſe à proſtratione, in qua tunc orationem Dominicam vnà cum Angelica ſalutatione dicit: conſcendens gradum ſumit veniam, ſumptóque ſuper humerum velo ſeu ſyndone progreditur ad tabernaculum vel locum vbi precioſiſſimum Chriſti Corpus cuſtoditur: ſumptáque ad ſcabellum vel ad Altare, venia, Tabernaculi oſtium aperit, vas ſanctiſſimum continẽs Sacramentum educit, & ambabus manibus velo interpoſito ferens, ſumma cum reuerentia & deuotione, apud dextram Sacerdotis, inter Corporale atque Miſſalis mappulam collocat, mox ad Altare veniam capit:

erigens ſe abſque mora vaſis operculum deponit, ablato priùs panno quo tegitur, linteum profert conſecratum, quo ſacratiſſima Euchariſtia inuoluitur, explicatum euertit ſuper patenam, diligenter excutiens ne vllum fragmentum remaneat: & reuerenter incuruatus, Saluatorem ibi tractatum deuotiſſima mente adorat. Impoſitas linteo conſecrato à celebrante Hoſtias recenter conſecratas inuoluit more ſolito, vaſi impoſitas cooperit vt priùs, ſumptáque ibidem ſicut antea, venia, vas eodem modo reponit quo fuit allatum: & clauſo tabernaculo vel pixide, tandem ad prædictum ſcabellum vel ad Altare veniam capit: ſignum dat Conuentui pro adoratione ſuper genua, genibúſque flexis ad cornu Epiſtolæ, ac verſo ad Sacerdotem vultu, dependentem ab altari mappulæ

pulæ partem,vel ſyndonem tenens vtraque manu, precioſiſſimum Ieſu Chriſti Corpus à Celebrãte porrectum deuotiſſimè ſumit: poſtea vinum & aquam, vt ſuprà traditur, num.18.Sacerdoti adminiſtrat. Atque in toto hoc ſacroſanctæ Communionis actu, nec Celebrans vas illud aut aliud quidpiam præter cõſecratas Hoſtias, nec Diaconus vllo modo Corpus Dominicum tãgat. Fit autem prædicta conſecratarum Hoſtiarum mutatio menſe quolibet bis, aut ſæpiùs, vt mox patebit.

21 Verùm ſi Hoſtiæ non mutẽtur, & communicandum eſſet Diacono, poſt veniam in aſcenſu gradus, ſtatim ad prædictum Altaris cornu, in genua more ſolito ſe prouoluẽs, communicatur antequam ſignum faciat Conuentui.

22 Diebus verò generalis Communionis

munionis, antequam ſumat Euchariſtiam debet ſignum aliis dare, vt ſeſe præparent ad accedendum: tunc etiam & quoties tota communicatur familia, ſyndonem aut aliud oblongum mãtile, poſtquam ſanctiſſimam Cõmunionem ſumpſerit, extenſum ante communicandos pariter cum Sacriſta tenet: vinum ſuo tempore ſibi capturus.

23 Diaconus verò, niſi Miſſam celebrauerit, aut celebraturus ſit, communicare debet ſingulis Dominicis ac ſolennitatibus: præterquam in triduo poſt Natiuitatem Domini, Paſcha, & Pentecoſten. Dominica tamen in illo triduo poſt Natiuitatem Domini occurrens, non excipitur.

24 Mutandæ autem ſunt conſecratæ Hoſtiæ prima Dominica ſingulorum menſium, quando generalis Conuerſorum atque Donatorum

rum communio celebratur,& Dominica post quindecim dies contingente quæ circa mensis medium est, si vtraque quæ seruatur Hostia mutari deberet, vtpote simul reposita. Nam si earum altera tantùm quindecim diebus seruata esset, & altera per vnam dumtaxat septimanam, opus foret postea antiquiorem tantummodo mutari. Atque in mutando, Diaconus sic eas euertere debet, vt recentior alteri subiaceat, & celebrans sic à se consecratam reponere,vt recentioris locum occupet:vnde fiat vt antiquiore ablata, semper remaneat recentior.

25 Quòd si Diaconus Sacerdos sit, & iam Missam celebrauerit aut celebraturus fortè fuerit: Hostia seu Hostiæ mutandæ, ab ipso celebrante sumuntur ante omnem ablutionem. Cætera facit Diaconus

Sacerdos perinde ac si non esset promotus ad sacerdotium: propterea consecratas Hostias minimè tangit.

26 Post decantatam à Conuentu Communionem quando celebrans conuersus dicit (Dominus vobiscum) Diaconus priorem casulæ partem eleuat cum capitis inclinatione, sic ibidem staturus donec illius Complendæ conclusio vsque ad (In vnitate sancti Spiritus) dicatur. Tunc enim de Altari sumpto Calici vinum à se infusum, stando prope sacrarium seu piscinam, & vultu versùs Altare conuerso, vel retro Altare, sibi ambabus manibus accipit, si communionem receperit: Et antequam Calicem accipiat, ipsum Corporale plicat, & in capsula reponit: nisi aliquis mox sit celebraturus.

27 Ablatum Calicem sumpto

vino,

vino, aut ſtatim poſt prædicta conclusionis verba, ſi non ſit Communio, aquâ intrinſecus lauat, purificatorio tergit, cochlear imponit, linteo inuoluit: niſi alia Miſſa priuatim vel in Conuentu dicēda continuò ſequatur. Inuoluto Calice au terſo, reuertitur ad penultimam dextri chori ſedem, ſi liceat per tempus, cum Conuentu ibidem inclinans vſque ad vltimæ Orationis concluſionem, in qua ſicut alij, erectus pergit ad gradum è regione Celebrãtis, ad (Dominus vobiſcum) caput inclinat, reſponſo (Et cum ſpiritu tuo,) ſi dictum fuit (Gloria in excelſis) ſubiungit verſo vultu ad altare (Ite Miſſa eſt) alioqui (Benedicamus Domino) niſi Miſſa pro Defunctis celebretur, in qua dicit (Requieſcant in pace) quo cantato Diaconus ſtatim ſignat ſe, ac inclinat. Si verò alia Conuentualis Miſ-

ſa illicò ſubſequatur,aut Hora conuentualiter cantanda:non ſignat ſe, ſed tantùm inclinat,ſeu veniam capit,quando ſequens Hora, ſiue priuatim ſiue in Conuentu dicatur, in precibus habet (Miſerere mei Deus.) Et ſi nullum ſequatur illicò conuentuale officium, cum venia ſumitur, debet Diaconus, decantato quod ab ipſo decantandum eſt, veniam imprimis ſumere, poſtea ſignare ſe, ac tandem inclinare.

28 Verùm in Quadrageſima ad ſecundam concluſionem, quæ Complendam ſuper populum præcedit, ad gradum tendit, & dicto à Sacerdote (Oremus) cantat facie versùs Altare directa (Humiliate capita veſtra Deo) inclinatúſque ibidem manet vſque ad (In vnitate Spiritus ſancti Deus) atque reliqua vt iam dictum eſt, abſoluit. Poſtmodum cereos extinguit, præter-

quam in solennitatibus. Iuuat Sacerdotem ad exuendum, ac Horam, si vlla sequatur dicenda, cum eo dicit: stans à sinistro latere, tam ad gradum altaris, quàm in vestiario pro diuersitate temporis. Similiter in cooperiendo altari, quod statim fieri debet, Missa finita, manet ad sinistrum cornu altaris versùs Euangelium, vt suprà fuit declaratum cap. 27. n. 19. In Litaniis autem quæ Missam sequuntur, si alia Missa non restat celebranda, extinctis cereis ad sedem penultimam, in Choro suo vadit, ibi celebrantem expectaturus vsque ad vltimæ Orationis incœptam conclusionem: tunc namque ascendit ad Altare, quod cooperiendum differtur in finem vsque Litaniarum. Operto Altari, aperit vestiarij ostiũ Sacerdoti ingressuro, cùm restat aliqua officij pars Conuentualiter

persoluenda,intrat post eum: claudit ostium, alia facit priùs tradita, cap.27.num.19. Et postquam exuerit cucullam Ecclesiasticam, debet manus lauare. Diebus verò quibus communicatur, primùm gratias agit Deo, prostratus intra formas ante penultimam sedem Chori Vestiario propinquioris, si nullum sequatur officium in Conuentu: alioquin, in Vestiario id facit.

29. Quando Missam Conuentualem alia sequitur, sine nota, conuentualiter tamen celebranda, Diaconus posterioris Missæ, cum Sacerdote celebraturo, post primum Agnus Dei, ad Altaris gradum pergit; Vestiarium intrat, manus lauat, cucullam induit, ingressum Sacerdotem vt induatur ex integro iuuat, egresso celebrante vadit ad Seruitoris locũ in choro suo: Gloria in excelsis incœpto, parat oblationem,

tionem, non ampliùs reuerſurus tunc ad Chorum: aperit librum Euangelij, quod obtenta benedictione more ſolito, in tono quidem ſubmiſſiore, ſed cum nota conſueta, cantat. Reliqua præſtat vt ſolent fieri, niſi quòd (Ite Miſſa eſt) ſine nota dicit.

30 Cùm vnicus eſt Diaconus ipſe, niſi ſit Procurator, ſeruit ſingulis diebus ad Miſſam Conuentualem. Si verò impeditur, eius vices ſupplet vltimus in ordine Sacerdos. Diebus autem duas in Conuentu Miſſas habentibus, Diaconus ſeruit ad maiorem: & præfatus Sacerdos ad minorem. Quòd ſi Diaconus die illa non poſſit ſuum officium exercere: vltimus Sacerdos ſeruit ad maiorem, & penultimus ad minorem. Quando autem plures ſunt Diaconi, ſeruiunt per hebdomadas & vices ſuas, & vno in-

firmo aut aliàs impedito, alius facit eius officiū. Cùm nullus Monachorum est simplex Diaconus, omnes Sacerdotes per ordinem, incipiendo à iunioribus, seruiunt ad Missam: præter Procuratorem, ita tamen quòd Seruitor Missæ, & Sacerdos hebdomadarius non sint in eodem Choro. Quòd si plures simul promoueātur ad Diaconatum vel Subdiaconatum, qui alios professione præcedunt, primi exerceāt sacri Ordinis officium. At qui faciant Diaconos ad tres in Natiuitate Domini Missas, loco proprio traditur, cap. 45. n. 5.

31 Si contingat Sacerdoti, qui Diaconus est hebdomadarius, Missa conuentualis per ordinem tabulæ, dimittit officium Diaconi, & Missam celebrat: Vicarius autem eius supplet officium Diaconi, & vbi adest copia Monachorum, qui

dixit

dixit, vel dicturus est Missam in Cõuentu: eo die nec Diaconum, nec Subdiaconum agit. De officio Diaconi in festo Purificationis, die Cinerum, Dominica palmarum ac Parasceue: propriis tractatur locis.

De officio Subdiaconi.

Cap. XXX.

1 SVBDIACONVS cantat Missæ Epistolam, alius autem ad Subdiaconatum nondum promotus numquam. Si desit Subdiaconus, Procurator id facit: & absente Procuratore, vnus ex Diaconis. Quòd si vnus tantùm sit Diaconus, & nullus Subdiaconus: absente Procuratore, vltimus in Ordine Sacerdos, Epistolam legit.

2 Verumtamen quoties in Missa

ieiuniorum Lectio vna, vel plures præcedunt, abſente Procuratore, ſi omnes, excepto Diacono, ſint Sacerdotes: Lectio prima pertinet ad vltimum Sacerdotem non occupatum, & Epiſtola ad penultimum: aliæ verò Lectiones ad eos qui poſt penultimum Sacerdotem non ſunt occupati, hoc eſt, qui nec ipſam Miſſam cantant, nec Diaconi officium in ea exercere debent. Si verò aliquis ſit Nouitius qui primam Lectionem legat: Epiſtola vltimo Sacerdoti reſeruatur. Cùm verò Diaconus non ſeruit nèc ſeruiturus eſt, vicem ſupplet Subdiaconi, ſi Procurator deſit.

3 Cùm vnicus eſt Subdiaconus, ſingulis diebus ad Miſſam conuentualem dicit Epiſtolam: & quando duæ occurrunt Miſſæ, Epiſtolam cantat ſolennioris: & Procurator minoris, vel eo abſente, is qui debet

bet ſupplere vices eius : dummodo non ſeruiat,nec ſit ſeruiturus eo die ad Miſſam. Vbi enim adeſt copia Monachorum,nolumus vt qui primam Miſſam cantauit, vel qui ad eam legit Epiſtolam,vel Diaconum egit : ad ſecundam Miſſam legat vel ſeruiat, & è conuerſo.

4 Si verò defuerint Subdiaconi, vnà cum Diaconis,vltimi Sacerdotes in ordine ſupplent vices eorum & eorum primi faciunt quod faciendum eſt ad minores Miſſas, & vltimi ad maiores. Vltimi etiam faciunt officium Diaconi : & antiquiores Subdiaconi officium exercent.

De cæremoniis Conuentualibus in Miſſa.

Cap. XXXI.

1 INcœpto (Pone Domine cuſtodiam) Conuentus ſe ſignat, apertis antè capitibus: inclinatúſque ſuper miſericordias reſpondet Celebranti) Et oſtium circumſtantiæ) Confiteor, Miſereatur tui, Qui fecit cælum & terram: Atque mox erigit ſeſe coopertis capitibus. Túmque Introïtus cum ſua nota inchoatur. Ad Introïtum (Salue ſancta Parens) dum primò canitur, ſuper formas omnes procumbunt quovſque tres illæ dictiones dicantur, ac veniam ſurgentes ſumant: Reliqua tectis capitibus & verſis ad chorum vultibus

tibus ſunt cantanda, cum profunda inclinatione ad (Gloria Patri.) Kyrie atque Chriſte eleiſon, nudata habentes capita, & extra ſedes erecti, verſis ad Chorum vultibus cantamus alternatim. Finito vltimo Kyrie eleiſon, verſi ad altare ſtamus donec poſt incœptum à Celebrante (Gloria in excelſis) ſi dicendum occurrat, Cantor ſubiungat (Et in terra pax,) tunc enim ad dictionem (Pax) modicè inclinantes Altari, ſtatim conuertimur ad alterum Chorum, vt priùs canticum illud vſque ad finem ſtantes nudatis capitibus proſequuturi. Interim verò dum (Adoramus) atque (Suſcipe deprecationem) canuntur, profundè ſuper miſericordias inclinamur.

2 Ad (Dominus vobiſcum) rurſus verſi ad altare, cum (Vobiſcum) à Sacerdore profertur, modicè ac

reuerenter caput inclinamus, & huiuſmodi capitis inclinatio cum detectione eſt facienda: quoties celebrans ſe vertens ad Conuentum dicit (Dominus vobiſcum.)

3 Quando (Flectamus genua) ſubiungendum eſt, detecti ſuper formas procumbimus: ſurrectum poſt ſumptam veniam, (Leuate) audito: Aliàs reſponſo (Et cum ſpiritu tuo) tecti ſuper miſericordias inclinamur, ſic audituri omnes Collectas quovſque reſponſum fuerit Amen, poſt vltimam concluſionem: tunc namque ſedes demittimus, vt quæ ſequuntur ad Euangelium vſque, ſedentes & tecti audiamus partim, & partim cantemus: verſu (Veni ſancte Spiritus) excepto, ad cuius initium ſuper formas procumbimus, & poſt tertiam dictionem (Spiritus) veniam ſumimus: quod reliquum eius eſt detectis

tectis capitibus ſtantes cantaturi.

4 Omnibus quæ cantanda ſunt cantatis, Diacono vt Euangelium incipiat parato, capita detegimus: ſedes eleuamus, & ſtantes versùs Altare, ad Gloria tibi Domine, ſignum Crucis nobis imprimimus, atque inclinamus.

5 Cùm dicitur à Cãtore (Patrem) poſt Credo, facta modica inclinatione versùs Altare, quod reliquum eſt illius, verſis ad chorum vultibus & capitibus nudatis, ſtantes cantamus. Et dum (Homo factus eſt) canitur, nos ad terram proſternimus, & veniam ſumimus.

6 Poſt reſponſionem (Et cum ſpiritu tuo) dicto à Sacerdote (Oremus) ante Offertorium, non inclinamus, ſed tecti ac ſedentes Offertorium canimus: Eóque expleto ſedentes expectamùs quoyſque Celebrans conuertatur

ad

ad chorum dicendo (Orate fratres.) Tunc enim dato per Diaconum signo, sedes erigimus: eísque innitendo cum profunda corporis inclinatione, tectis capitibus perseueramus vsque ad (Per omnia secula seculorum.) Verumtamen quando deferendus est post Euangelium liber osculandus Episcopo præsenti, si non dicatur (Credo,) cantantes Offertorium stamus nudatis capitibus chorus versus chorum: donec Diaconus delato ad Episcopum libro, rediens gradum Altaris ascenderit, & ad Offertoriũ (Aue Maria) similiter stantes cantamus (Aue:) cùm autem (Maria) profertur, flexis genibus, veniam sumimus, & surgẽtes nec tegimur, nec sedemus donec (Gratia plena) cantatum fuerit.

7 In Professione quoque Nouitij, Offertorio peracto, erecti stamus versùs

versùs Altare tectis capitibus dum versus (Suscipe me) à Nouitio ter canitur, repetentes eumdem versum, atque post tertiam repetitionem, subiungentes. (Gloria Patri cum Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison) inclinamur profundè super misericordias: sicque manemus in silentio, commendantes deuotissimè Domino Deo, per Orationem Dominicam, & Angelicam salutationem, noui militis Christi Professionem, atque religiosam vitam: sicque inclinati respondemus ad preces Celebrantis, & erigimus nos quando Nouitius ad cornu Altaris, per se aut alium scriptam legit professionem. Tunc enim stamus omnes vultibus ad Altare versis & tecti, solennem audientes Fratris promissionem. Ad benedictionem verò Celebrantis mox sequētem, rursus inclinamur:

sessuri

ſeſſuri vt priùs reſponſo (Amen,) quoüſque Diaconus peracta thurificatione ſignum det ſurgendi.

8 In hoc autem ſilentio & aliis ante ſecundum (Agnus Dei,) locus datur orationi mentali, atque meditationi eorum quæ fiunt, & tractantur à Celebrante: vt omnes participes ſint præſentis Sacrificij, tam offerendo quàm ſpiritualiter communicando. Quapropter vt ſinguli in ſe recollecti hoc præſtare poſſint: nolumus aliquid à noſtris, ne deuotionis quidem libros tunc temporis tractari aut teneri: cùm nullus ſit in terris locus tam commodus, nullúmque tempus tam opportunũ internis exercitiis, propter ſingularem Diuinæ Majeſtatis præſentiam, quàm vbi & quando tremendum illud atque ſanctiſſimum offertur Deo Sacrificium.

9 Incœpto (Per omnia ſecula ſeculo

culorum) erecti ſtamus versùs Altare capitibus tectis vt antea: detegendis tamen cùm venia ſumitur ad (Gratias agamus Domino Deo noſtro,) quod vbi dictum fuerit, ſurgimus nudatis capitibus reſpondentes (Dignum & iuſtum eſt:) quo dicto, capita tegimus, ſtaturi versùs Altare ad finem vſque Præfationis: nec ampliùs detegimus capita ante concluſionẽ vltimæ Conplendæ, propter meliorem animi collectionẽ, & arctiorem ſenſuum cuſtodiam: præterquam in Conſecratione, porrectione pacis, & Communione: & dum dicitur (Dominus vobiſcum.)

10 Sanctus & (Benedictus) profundè ſuper miſericordias inclinati ſemper cantamus. Et dum incipitur (Sanctus) duodecim aut tredecim ictibus ab vltimo campana pulſatur, ad eleuationem verò Hoſtiæ,

ſtiæ, tribus, quem poſtremum pulſum audientes noſtri vbicumque fuerint, ſi commodè poſſint, genua flectentes dicant (Adoramus te Chriſte & benedicimus tibi, quia per ſanctam Crucem & mortem tuam redemiſti mundum, cùm (Pater noſter) & (Aue Maria.) Sed qui Sacrificio interſunt, dato per Diaconum ſigno, nudatis capitibus, genibúſque flexis facies ad Altare cōuertunt: & ſic manentes mundi Saluatorem adorant quàm religioſiſſimè vſque ad depoſitionem ſacræ Hoſtiæ: inde proſternuntur ad ſignum vſque à Diacono factum.

11 Cantato (Oſanna in excelſis) vltimo, per totum Canonem, præterquam in prædicta adóratione Hoſtiæ & proſtratione, cooperti ſtamus verſis ad Altare vultibus: niſi genuflexio facta fuerit in Hora Miſſam, ſiue conuentualiter, ſiue

priua

priuatim præcedente. Quod cùm contingit, ſuper formas procumbendum eſt prædicto tempore: niſi ipſa Miſſa cum Dominicali Kyrie eleiſon celebretur: tunc enim ſtare debemus. Et inter (Sanctus) atque (Agnus) ſi quis intra formas propè alios aſcendat, deſcendátve: velatam caputio faciem tenere debet. Verùm alio tempore nudandum erit ei caput.

12 Reſponſo (Amen) ſi ſtantes oramus, ſtatim ante(Oremus præceptis ſalutaribus) profundè ſuper miſericordias inclinamur,aut ſi genibus flexis oramus, ſic perſeueramus vſque ad (Per omnia ſecula ſeculorum) ante (Pax Domini.) Illo nanque inchoato, erigimur versùs Altare,& proſternimur diebus quibus pax datur, cùm Diaconus collocatis pacis inſtrumentis ad penultimam ſedem reuertitur, aliàs ve-

rò post primùm (Agnus Dei) decantatum.

13 In suscipiendo prætereа & porrigendo pacis instrumento, capita detegimus. Quod quidem instrumentum sic suscipi ac porrigi debet ab vno ad alium, vt porrigentis manus quæ versùs Chorum est, extendatur per suscipientis humerum contra ipsius faciem: & suscipiens opposita manu vtatur in suscipiendo absque vultus conuersione ad porrigentem.

14 A prædicta prostratione surgimus signo per Diaconum dato: post quod, (Agnus Dei,) atque Communionem versi ad Altare canimus: & profundè inclinamur super misericordias, dum Complendæ dicuntur.

15 Denique in generali Communione, à signo per Diaconum dato vsque ad finem Communionis,

deteсti

detecti & genibus flexis versùs Altare manemus omnes, præter Altaris ministros, nisi ad Altare aut ab ipso eundum, redeundúmve sit.

16 In Quadragesima Diacono canente (Humiliate capita) ipsa capita detegimus: sic mansuri vsque ad finem, sed aliàs ad (In vnitate sancti Spiritus) vltimæ conclusionis id facimus, simúlque erigimur versùs Altare: stamus donec respõderimus (Deo gratias) vel in Missis Defunctorum (Amen.) Quo responso, signamus nos & inclinamus, & singuli per ordinem eximus.

De modo celebrandi Missas priuatim, & earum Ministris.

CAP. XXXII.

1 SACERDOTES celebraturi debent manibus lotis venire ad Ecclesiam: & eas quantùm fieri potest mundas seruare.

2 Completa Missa Conuentuali ferialibus diebus, aut diebus Capituli post ipsum Capitulum, pergũt bini & bini ad Sacella, quibus per Sacristam deputati sunt, vbi dicunt simul ferialibus diebus Tertiam diei, & Sextam de Domina: diebus autem Capituli Tertiam tantùm de Beata, reuerenter, distinctè, & deuotè: seruando debitas cæremonias.

3 Senior verò, aut qui priùs est celebraturus, dicat prostratus semel (Pater noster, & Aue Maria.) Quod semper faciendum est ab omnibus tam celebrantibus, quàm communicantibus, tum antè, tum post celebrationem atque Communionē, cum venia sūmēda priusquam surgatur : & post erectionē (cum Crucis signaculo, ac inclinatione.) Iunior interim ad Horam dicendam se parat, ac super Altare coopertum explicat sacras vestes. Caueántque diligenter ne quid impediat debitam Diuino Officio attentionem.

4 Indutus autem Sacerdos, versùs piscinam stans, & socius in altera parte constitutus, Altare præparant : vt priùs traditum fuit, cap. 25. num. 7. Adiutor postea puluinar, & Missale superponit : Sacerdósque præparaturus oblationē, Calicem explicat, Hostiam de pixide ponit

ſuper patenam, vinum in Calicem infundit, cooperit patena, & coopertorium ad hoc deputatum cum cochleari ſuperponit. Poſtea Calicem ſic præparatum collocat ſuper Altare, inter Corporale & Miſſalis mappulam: denique in Altaris medio ipſum Corporale, more ſuprà deſcripto cap. 26. n. 18. & cap. 27. n. 13. extendit, factáque ibidem inclinatione, ad alterum cornu pro facienda confeſſione pergit: & alia facit omnia, quemadmodum ſuprà ſunt deſcripta, cap. 25 n. 13. Dicendo Confiteor, & Miſereatur, dicit (Vobis fratres) & (Veſtri) quamuis vnicus ſit Adiutor. Kyrie eleiſon autem cum miniſtro alternatim dicit (Et in Quadrageſima, dicto (Oremus) ſtatim ſubiungit (Flectamus genua) quando dicendum eſt, & incuruans ſe oſculatur Altare, erectúſque dicit (Leuate)
&

& orationem prosequitur.

5 Quãdo Missa quæ erat in Conuentu dicenda, propter aliquod impedimentum in priuato dicitur, eadem suffragia retinet quæ haberet in Conuentu. In Missis igitur propriis vigiliarum, & festorum tres lectiones habentium, quando in priuato redduntur: post speciales commemorationes, si occurrant, dicuntur hæc suffragia. Concede quæsumus, Omnipotens Christiani, Deus largitor, Ecclesiæ, & Deus à quo. Et quamuis Missa festi trium lectionum, Dominica die in priuato reddatur, in ea tamen non dicitur (Omnipotens sempiterne Deus ædificator) sed Deus largitor.

6 In Missis de Beata, quæ quotidie in priuato dici debent, hæc suffragia sumũtur. Cõcede quæsumus. Omnipotens Christiani, Deus largitor, Deus à quo, Ecclesiæ, & Om-

nipotens qui viuorum. Verùm in Cartuſia loco (Eccleſiæ) dicitur (Inclina) pro Defunctis.

7 In Miſſis votiuis quæ aliquando currunt per tabulam ex ordinatione Præſidentis, dicuntur ſuffragia pro Celebrantis deuotione, niſi Præſidens ipſe aliter diſponat: & ſimiliter in Miſſis voluntariis poteſt quilibet dicere quas Orationes & quo ordine voluerit, modò non omittat Commemorationes occurrentes, neque numerum ſeptenarium excedat.

8 Quæcumque à circumſtantibus audienda ſunt, Celebrans intelligibili voce proferat, reliqua verò, ſecretè: ſcilicet (In ſpiritu humilitatis) ſecretas Orationes, Canonem cum oratione Communionem præcedente. Oratio autem Dominica, cùm (Sanctus,) & (Agnus Dei) clára voce dicuntur.

9 Dictis

9 Dictis quæ ante Euangelium legēda sunt, celebrans Missale clausum defert ad sinistrum cornu Altaris, deinde stans in medio Altaris, iunctis manibus dicit (Dominus sit in corde meo, & in labiis meis vt rectè pronunciem Euangelium pacis) ac inclinans osculatur Altare. Post hæc accedens ad Missale, stánsque versùs illud, iunctis manibus ante pectus dicit intelligibili voce (Dominus vobiscum. Sequentia sancti Euangelij, &c.) Dúmque respondetur (Gloria tibi Domine) conuersus ad Altare, signat se ac inclinat, nihil interim dicens: Postea reuersus ad librum iunctis manibus prosequitur Euangelium in finem vsque, quo perlecto libri marginem osculatur.

10 Credo, si dicendum sit, ác Offertorio dictis, remouet superiorem Corporalis partem versùs dor-

ſum Altaris, locum præparat Calici reponendo, quem diſcooperiens capit cochlear, & vnam, aut duas aquæ guttas infundit, niſi priùs hoc fecerit: dicens (De latere, &c.) poſtmodum extremitates digitorum, quibus Hoſtiam eſt tractaturus, lauat, ſolitos Pſalmi verſus dicendo, cap. 26. num. 18. Reliquæ verò cæremoniæ debent obſeruari quemadmodum in Miſſa Conuentuali traduntur, cap. 26. n. 24. & ſeq.

11 Porrò Sacerdotis miniſter, ſi poſt eum celebraturus ſit, dum dicuntur Complendæ, pręparat oblationem, deinceps Horam ſi qua dici debeat ſimul perſoluunt, & induitur celebrans ſocio qui iam celebrauit iuuante. Quòd ſi alia non ſequitur Miſſa, miniſter ablutis Sacerdotis manibus, vaſa in eum vnde deſumpta ſunt locum refert: niſi Hora reſtet dicenda, quam cum il-

lo

lo cupit absoluere. Potest etiam, modò ad Sacros Ordines sit promotus, Calicem inuoluere, & ante eius discessum Altare cooperiendum est, vt suprà traditum fuit, cap.29. num.28.

12 Huius etiam Missæ minister, quamquam celebraturus non sit, nec Sacerdos, lotas tamen habeat antè manus quàm ad ministerium accedat: vasa deferat, diligenter cauens, ne quid consecratum nuda manu tangat, nisi subdiaconatus saltem ordine initiatus fuerit. Quapropter Sacerdoti Calicem & Corporale, tam inuoluenda quàm explicanda relinquat. Studiosè prouideat, ne quid ex his desit, quæ ad tanti Sacrificij ministrationem faciunt: ac tam officiosum se præstet, vt omnia tempestiuè fiant, & adhibeantur.

13 Post Offertorium ministret

Sacer

Sacerdoti aquam cum pelui: congruum etiam mantile porrigens. Cúmque dicitur (Orate fratres) anteriorem casulæ partem ambabus manibus aliquantulum eleuat. Quando celebrans manus super oblationem ad (Hanc igitur) extendit, intortitium à cornu Epistolæ accendit: quod accensum dextra tenens, genibúsque flexis, in eleuatione tam Hostiæ, quàm Calicis, posteriorem casulæ partem sinistra quadantenus eleuatam tenet vsque ad depositum Calicem. Et tunc atque aliàs caueat diligentissimè, ne vlla liquescentis ceræ guttula in aliquod Sacerdotis, aut Altaris paramentum effluat. Et hæc, atque alia quæcumque facit, aut orat totius Sacrificij tempore, absque omni strepitu ac sonitu fiant: numquámque porrigat priuatim Celebranti patenam pro pace sumenda.

Peracta Communione vinum ad ablutiones proponit, & aquam Sacerdotis manibus infundit: reliqua demum præſtat quemadmodum antè deſcripta ſunt, num. 11.

14 Ad Miſſas priuatas ſeruire poſſunt non ſolùm Profeſſi, ſed etiam Nouitij, tam Monachi quàm Conuerſi, & etiam Donati, & alij famuli: quamuis eſſent irregulares.

15 Omni die in qualibet domo Ordinis (ſi fieri poteſt) Miſſa de Domina in priuato dicatur ab eo cui contingit per ordinem tabulæ: exceptis triduo ante Paſcha, atque primo die Paſchæ, Pentecoſtes, & Natiuitatis Domini. At quotieſcumque ex ſtatuto, aut ex charta Capituli, vel ex ordinatione Præſidentis, huiuſmodi Miſſa in Conuentu redditur, ad aliam de ipſa Domina eo die non tenemur. Officium huius Miſſæ in Aduentu eſt

(Rorate,)

(Rorate,) reliquo anni tempore (Salue sancta) cum Præfatione propria. Verumtamen intra octauas Visitationis, Assumptionis, & Natiuitatis eiusdem Virginis, dicitur hæc Missa de ipsis Octauis: tamen cum solitis commemorationibus quæ in officio (Salue sancta parens) dicuntur.

16 Sacerdotes nostri Ordinis dum celebrant in Ecclesiis quæ non sunt de Ordine nostro, conforment se cum aliis Sacerdotibus in modo Confessionis faciendæ ante Altare, in eleuatione Calicis, in dicendo (Agnus Dei,) in benedicendo populum post Missam, & in cæteris quæ sine scandalo omitti non possunt.

De

De Sacramentis Euchariſtiæ, & extremæ vnctionis Ægroto conferendis.

Cap. XXXIII.

1 CVm frater aliquis ſiue Religioſus, ſiue Conuerſus, ſiue Donatus ægrotans morti propinquare putabitur, congregatur Conuentus in Eccleſia ad eum viſitandum, & inungendum. Omnibúsque neceſſariis præparatis, præcedunt qui portant ardentem Cereum, Crucem, Aquam Benedictam, ſcilicet Sacriſta, Diaconus hebdomadarius, & Procurator. Sequitur Sacerdos, ſcilicet Prior, vel eo abſente, Vicarius, indutus cuculla Eccleſiaſtica & ſtola, portans librũ Ordinis, & Oleum ſan

ſanctum, quod in ſingulis domibus Ordinis eſt ſemper habendum, fideliter cuſtodiendum, & omni anno renouandum: ac vetus cum ſtupa receptum comburendum, & in Sacrario recondendum. Si tamen Sacerdos ſit Corpus Domini portaturus, prædicta portantur ab alio. Poſt Sacerdotem ſequuntur Antiquiores, & cæteri per ordinem, & in eundo cantatur (Miſerere mei Deus.)

2 Porrò ſi Infirmus ea die non Communicauerit, & Communicare paratus ſit, portat ad eum Sacerdos Corpus Domini intra Calicem argenteum, ſi haberi poſſit, coopertũ patena, & deſuper mappula Eccleſiaſtica. Portatur etiam vinum & aqua: & præparatur cinis benedicendus.

3 Intrans autem Sacerdos domum, aſpergit ad oſtium cellæ &

per

per cellam Aquam Benedictam, dicens, Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea: & respondetur à circumstantibus, Amen. Et si portat Corpus Domini, reponit illud in loco ad hoc decenter præparato.

4 Tunc dicit Infirmus, si potest & scit (Confiteor) si non, materna lingua confitetur generaliter, facta antequam Conuentus congregetur priuata, & Sacramētali Confessione. Sed & si quid tunc ad memoriam reduxerit, priuatim poterit confiteri, & absolui. Dicto autem (Confiteor) statim Sacerdos subiungit: Misereatur tui omnipotens Deus &c. Absolutionem autem sacramentalem quæ virtute priuilegiorum nostrorum dari solet in articulo mortis ab omnibus censuris & peccatis, tunc non repetit Sacerdos: quam post priua-

ob reuerentiam Sacramenti.

6 Prouidere autem debent Priores,vt Infirmi opportuno tempore Communionem recipiant : non expectata neceſſitate extrema. Et nihilominus ea die qua Extremam-Vnctionem ſuſcipiũt,ſi parati ſunt, Chriſti Corpus pro viatico ſumant ieiuni, ſi commodè fieri poteſt. Neque enim poſt cibum, Corpus Chriſti alicui miniſtrari debet, niſi ad ſuccurrendum.

7 Sumpta Communione, aut, ſi tunc non debeat Infirmus Communicare,dictis Orationibus(Deus qui famulo, & Deus qui per Apoſtolum,) ſtatim ſequuntur ſeptem Pſalmi Pœnitentiales dicendi alternatim, Præſidẽte eiúſque Choro inchoantibus : Ægroto autem, ſi ſcit & valet, cum altero Choro reſpondente, additúrque ſingulis, Gloria Patri, & in fine cuiuſlibet fit

intermissio: dum interim Prælatus, suscepto per pollicem dexteræ manus Oleo sacro, inungat partem inungendam. Ac primò post primum Psalmum, inungit ambos oculos ægroti in formam Crucis, simul cum inunctione dicendo: Per istam sanctam Vnctionem, &c. suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per visum. Post Psalmum secundum, inungit prædicto modo, vtramque aurem dicẽdo: Per istam sanctam vnctionem, &c. indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per auditum. Post tertium Psalmum, inungit nares, vnicam formãs Crucem, atque dicendo: Per istam sanctam Vnctionem, &c. indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per olfactum. Post quartum, inungit os, coniunctis labiis, Crucem exprimens per totum oris spatium in

latitu-

latitudinem, ſed per ipſa tantùm labia in longitudinem, pilos barbæ intactos relinquendo, & dicendo: Per iſtam ſanctam Vnctionem, &c. indulgeat tibi Deus quidquid peccaſti per guſtum, ſiue loquelam. Poſt quintum Pſalmum, inungit duas ambarum manuum volas, ſingulis Crucis formam imprimendo & dicendo: Per iſtam ſanctam Vnctionem, &c. indulgeat tibi Deus quidquid peccaſti per tactum. Poſt ſextum, inungit eodem modo ambas pedum plantas, dicendo: Per iſtam ſanctam Vnctionem, &c. indulgeat tibi Deus quidquid peccaſti per inceſſum. Poſt vltimum, inungit renes dicens: Per iſtam ſanctam Vnctionem, &c. indulgeat tibi Deus quidquid peccaſti per ardorem libidinis. Poſt ſingulas vnctiones, vnctæ partes ab ipſo Sacerdote ſtupa terguntur, ac toties mu-

tatur ipſa ſtupa, quoties fit terſio, imponitúrque vaſculo mundo ex materia lignea aut papiracea: vt ſimul cum eo comburatur. Os etiam Ægrotantis poſt terſionem cum ſtupa, rurſus ſtatim linteo mundo tergitur, & Sacerdos pollicem quo vſus ad inungendum eſt Infirmum, pariter cum parte vncta ſingulis vicibus tergit cum ſtupa, & Pſalmis omnibus expletis, lauat manus, illáque ablutio eſt igni tradenda.

8 Poſt hæc infirmus dicit (Credo in Deum,) vel inſtruitur vt fidem Eccleſiæ Catholicæ materna lingua confiteatur, & monetur vt veniam petat ab omnibus, & his qui ipſum vmquam offenderunt de puro corde dimittat. Deinde dicuntur Orationes iſtæ ſub vna concluſione: Dominus vobiſcum, Oremus, Reſpice Domine, Deus

qui

qui facturæ tuæ: Deus qui humano generi, &c. Et responso, Amen: Statim benedicitur cinis, & dicitur Dominus vobiscum, Oremus, Deus Indulgentiæ, &c. Et benedicto cinere aspergitur lectus, in quo iacet Infirmus: atque ab omnibus qui adsunt tanquam ex hac vita profecturus piè osculatur, modò Superior sic faciendum iudicauerit. Peractis his omnibus, Religiosi cum Sacerdote Oleum sanctum deferente, redeunt ad Ecclesiam eo ordine quo ad cellam Infirmi exierunt, dicentes, Miserere mei Deus.

9 Porrò à die vnctionis Aqua Benedicta in aliquo vase ibi remanet, & Crux similiter, quæ poni debet ante lectum Infirmi, vt contemplando Passionem Christi, in ipsius merito totā salutis suæ spem reponat. Propter hoc præter duas

Cruces, quas in Ecclesiis nostris semper suis locis erectas habemus, tertiam quoque habere debemus, deferendam, quando Æger inungendus est, aut quando mortuus sepeliendus.

10 Ipsa etiam die qua quis inunctus est, Fratres Donati, Conuersi, & etiam Monachi qui fortè non fuerunt quando inunctus est, possunt ipsum visitare: verumtamen ad visitandum eum illa die & deinceps, deputentur per Priorem illi soli, qui possint verbo & oratione ei prodesse ad salutem animæ & corporis. Et quamdiu in euidenti & imminenti periculo mortis Infirmus permanet: habeat ad minus duos die ac nocte semper, qui eum decumbentem custodiant.

Quomodo

Quomodo tractandus ſit qui moritur, & de Officio & ſepultura recenter Defuncti.

Cap. XXXIV.

1 Cvm autem Infirmus ab eis qui ei inſeruiunt iam mori videbitur, ſigno cum poſte, vel campana dato, conuocantur, & omni occaſione poſtpoſita accurrunt cæteri Religioſi ad cellam Infirmi, fuſuri preces ad Deum pro ſalutari exitu animæ eius. Si tamen tunc Diuinum contigerit Officium celebrari in Eccleſia, aut ſi tunc Monachi prandent vel dormiunt, non ſunt vocandi: ſed Prior, vel cui iniunxerit cũ aliquot Religioſis per Priorem deſignandis, ad moriẽtem feſtinat.

2 Congregatis autem omnibus qui debent,& poſſunt intereſſe, dicitur à cunctis ſine nota, (Credo in vnum Deum,)vt per confeſſionem fidei confundantur & repellantur dæmones, qui tunc maximè ſolent tentare morientem de fide: deinde Præſidens, aut antiquior Sacerdos ex his qui adſunt, cum ſtola Eccleſiaſtica incipit Litaniam Sanctorum cum precibus, ſicut in Breuiario continetur: quam longam, vel breuem facit,provt res patitur. Quòd ſi Infirmus mori tardauerit,qui apud eum ex Superioris voluntate remanſerint, legant Paſſiones: & quamdiu tempus permittit, alias deuotas & approbatas Orationes, quales ſunt à patre noſtro Dionyſio deſcriptæ.

3 Infirmo autem Defuncto,ſtatim dicuntur quinque ſequentes Pſalmi. Verba mea, Domine ne,

primus

primus, Dilexi, Credidi, De profundis: sequitur, Pater noster, & subdit Sacerdos cum stola, Et ne nos, A porta inferi. Dominus vobiscum. Oremus, & Orationem, Deus cui proprium: in qua si qui mortuus est, fuerit ad Sacerdotium promotus, additur famuli & Sacerdotis tui. Quibus expletis, si tempus non fuerit aliis Religiosis rursum conuocandis opportunum: præsentes psallendo congruam expectant horam, qua Conuentus possit conuocari.

4 Sciendum est autem, ab hora qua contigerit Infirmum mori vsque ad sepulturam eius, deputandos esse à Præsidente Monachos, Conuersos, & Donatos, qui alternatim bini & bini (vbi adest eorum copia) corpus Defuncti custodiant: circa illud psallentes, & orantes. Porrò qui primi vigilant, Completorio

torio pulſato dicunt Completorium vtrumque circa corpus: & ante pulſum Matutinarum poſſunt dicere Matutinas beatæ Mariæ, & diei, & quod ſupereſt temporis expendunt in Pſalterio dicẽdo, vſque ad ſecundum pulſum Matutinarum. Incœptis autem Matutinis vadunt dormitum: quæ dum cantantur, nulli Monachi vigilant circa corpus (ſi tunc in Eccleſia poſitum ſit,) ſed qui poſtea vigilaturi ſunt, excitari & eſſe in Eccleſia debent antequam Conuentus exeat, vbi dicunt circa corpus vtraſque Matutinas, & vtramque Primam, ac de Pſalterio quantum poſſunt: donec vel ipſi, vel alij manè celebrent, aut inchoetur Officium ſepulturæ.

5 Poſtæc hora congrua, quæ nec Diuino Officio celebrando, nec communi refectioni, nec nocturnæ

næ dormitioni sit deputata, iterum conuocantur, & conueniunt omnes tam Monachi, quàm Conuersi, & Donati, quantum fieri potest, atque ad cellam Defuncti, vel in Ecclesia in Choro Monachorum, aut alio in loco iuxta consuetudinem domorum, Agendam integram cantant Monachi: Cantore hebdomadario eam incipiente à Nocturnis dicendo Dirige, postea Exultabunt, & ad postremum Placebo, & in hac Agenda non flectimus genua, etiamsi in Horis illius diei essent flectenda. Cui si quis non interfuerit, eam per se tenetur persoluere: nec cuiquam computatur ex Breuibus septimanæ illius.

6 Porrò huius Agendæ orationes sunt, prima propria Defuncto, secunda pro Tricenario currente, tertia Fidelium: si tamen eo die fiat Officium de Anniuersariis, aut Tricena-

Tricenario inchoando, aut alio Officio Defunctorum: tunc dicetur in Agenda Defuncti, secunda Oratio pro tali officio,& tertia,pro Tricenario currente.

7 Interim autem dum hæc Agenda dicitur, Defuncti corpus (si ante non potuit) abluitur, vbi est consuetum: & induitur, si Monachus fuerit, lumbari, cilicio, tunica magna, caligis, pedulibus, cingulo canabino, & cuculla: & Nouitius similiter, sed cum cuculla Nouitij,& sine cappa. Frater autem Conuersus & Donatus, induitur tunica magna, caligis, pedulibus, cingulo,& caputio. Omnia autem prædicta sepeliendorum indumenta honesta sint, saltem non detrita valde. Sic indutus imponitur feretro: & cilicino tegumento, vel panno nigro cooperitur.

8 Expleta autem Agenda,Sacerdos

dos qui Officium ſepulturæ exequitur, accedit ad corpus à dextris eius in medio. Procurator autem, vel is qui vice illius thuribulum miniſtrat, hîc & per totum officiũ ſepulturæ ſtat à dextris Sacerdotis: ac incenſum in thuribulum ponit, & illud Sacerdoti miniſtrat. Sacerdos verò, primò aſpergit Aqua Benedicta corpus Defuncti, deinde accepto thuribulo thurificat ſemel ad Crucem, quæ ad caput Defuncti ponitur: & ſemel ad corpus, & dicit: In memoria æterna erit iuſtus. Ne tradas beſtiis. Ne intres in iudicium. Dominus vobiſcum. Oremus, Deus cui omnia viuunt: Per Dominum.

9 His expletis Defuncti corpus, niſi priùs iam delatum ſit, fertur ad Eccleſiam, præcedentibus qui portant Aquam ſanctam, Cereum accenſum, Crucem, & thuribulum.

Et quidem Aqua ſancta, & cereus à Conuerſis deferuntur, & vbi pauci ſunt Conuerſi, vnus poteſt portare ſimul cereum & Aquam: vbi autem pauci, vel nulli ſunt Conuerſi, & Donati: Laici eorum ſupplent vices. Verùm Crux portatur à Nouitio, ſeu vltimo, & in Quadrageſima cooperitur: thuribulum autē deferre Procuratoris eſt. Poſt hos ſequitur Sacerdos, cuculla indutus eccleſiaſtica, ſtoláque nigra, & librum Officij manu ferens: deinde ſequuntur Antiquiores, & cæteri per ordinem, cantantes coopertis capitibus, pſalmum, Beatus vir, cum ſequentibus: quantum tempus permittit, donec veniant ad introitum Eccleſiæ. Poſtea ſequuntur qui portant corpus, Conuerſi ſcilicet aliquot, aut Donati, aut ſi deſint, eorum loco laici: tandem reliqua familia, tā Conuerſi quàm alij.

10. Cùm

10 Cùm autem corpus eſt ad introitum Eccleſiæ, ſtatim intermiſſa pſalmodia, Cantor incipit alta voce, reſponſorium, Credo quòd Redemptor, & abſque vlla mora aut depoſitione corporis ad portam chori Conuerſorum, defunctus in eodem choro collocatur (ſi commodè poteſt fieri) alioqui in choro Monachorum, cum Cruce ad caput eius poſita, cereo ardente ad pedes eius, & Aqua Benedicta ad latus dextrum. Et ſi plures ſimul eſſent Defuncti, nihilominus vnicus cereus ad pedes eorum poneretur, & Crux ad caput inter eos. Sacerdos autem ſtat à dextris feretri in medio, & à dextris Sacerdotis, Procurator cum thuribulo, Conuentus autem hinc inde ſtat, ſingulis iuxa chorum ſuum diſpoſitis. Reſponſorio (Credo) cum verſu & partis repetitione finito,

 cantatur

cantatur Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon: & incipit Sacerdos Pater noſter, alta voce, & aſpergit corpus, & thurificat Crucem & corpus: & ſubdit, Et ne nos inducas. A porta inferi. Nihil proficiat. Ne intres. Dominus vobiſcum. Oremus, Suſcipe Domine animam, &c. Nec tunc continuantur alia reſponſoria: niſi ex aliqua cauſa immediatè tunc Mortuus eſſet ſepeliendus. Ex tunc etiam, & quamdiu in Eccleſia Defunctus præſens eſt: portæ chori ſemper apertæ manent.

11 Cùm Conuerſus, vel Donatus defunctus à domo inferiori, aut aliunde portatur in domum ſuperiorē, ponitur ante portas Eccleſiæ: & collocatur Crux ad caput, & lumen ad pedes, & cōuocato ac præſente Conuentu, Prior indutus cuculla Eccleſiaſtica cū ſtola, exit ad

eum,

eum,remanente Conuentu in choro Conuersorum,& aspergens eum Aqua sancta, ac thurificans Crucem & corpus, incipit alta voce, Pater noster, Et ne nos inducas. In memoria. Ne tradas. Ne intres. Dominus vobiscum. Oremus, Deus cui omnia viuunt. Finita oratione, & responso (Amen,) Prior intrat in Ecclesiam, & post eum statim corpus introducitur, & cantatur Responsorium, Credo vt suprà, num. 10.

12 Posito autem in Ecclesia in choro, Conuersorum, vel Monachorum Defuncto, & cantato responsorio Credo, cum precibus & Oratione, Suscipe Domine, si Missa pro eo nondum statim est cantanda, aliqui à Præsidente ad custodiam corporis deputãtur, qui circa illud psallant & orent sicut dictum est, num. 4. Si verò statim Missa sit

dicenda, primò fit bina pulsatio pro Missa, & Sacerdos ad gradum Altaris facit orationem: cæteri autem Religiosi pergunt ad sedes suas singuli in choro suo. Indutóque Sacerdote, tertia fit pulsatio, & sic Missa inchoatur: cunctis tam Religiosis quàm Conuersis, & Donatis, quantum fieri potest, præsentibus.

13 In hac autem Missa dicuntur orationes istæ, prima propria Defuncto, secunda pro Tricenario currente, & Fidelium. Si autem præcedenti die dicta sit à Conuentu Agenda Anniuersarij, aut Tricenarij inchoandi, aut proprij cuiusdam pro Defunctis officij, additur in Missa præsentis Mortui secundo loco Oratio pro præcedenti officio, & tertio loco Oratio pro Tricenario currente, cum Oratione Fidelium: quemadmodum in

omnibus

omnibus Miſſis Defunctorum eodem die ex debito perſoluendis, Oratio præſentis Mortui ſecundo loco dici debet.

14 Si ſtatim poſt hanc Miſſam ſepeliendus ſit Mortuus, accedit Conuentus, & ſtat iuxta corpus hinc inde: Sacerdos etiam indutus Alba cum ſtolà & manipulo, accedit ad corpus, & ſtans à dextris contra medium feretri, incipit alta voce, Pater noſter: & aſpergit corpus, thurificátque Crucem & corpus: & ſubdit, Et ne nos. A porta inferi. Dominus vobiſcum, Oremus, Deus vitæ dator. Deinde Cantor incipit Reſponſorium Credo, & alia duo Reſponſoria cum precibus, & orationibus ſubiunctis, provt in Breuiariis noſtris continentur. Et poſt ſingula Reſponſoria, dicto Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon; Sacerdos

incipit alta voce Pater noſter: & aſpergit corpus,thurificátque Crucem & corpus,antequam dicat (Et ne nos inducas.) Si autem non ſtatim poſt Miſſam ſepelitur Defunctus, is qui facit ſepulturæ Officium, induendus eſt cuculla tantùm Eccleſiaſtica cum ſtola:cætera autem facit vt ſuprà, num.14.

15 Finitis Reſponſoriis & Orationibus, incipitur à Cantore Pſalmus, In exitu Iſraël: & ſtatim Defunctus eo ordine ad ſepulchrum portatur, quo fuit in Eccleſiam allatus, Monachis coopertis capitibus,prædictum Pſalmum cantantibus,cum his ſequētibus, Miſerere mei Deus. Confitemini. Quemadmodum. Memento Domine. Domine probaſti. Inclina. Laudate Dominum de cælis. Benedictus Dominus Deus Iſraël. Magnificat, cum Requiem in fine cuiuſlibet Pſalmi.

16 Cùm

16 Cùm ventum eſt ad ſepulchrum, qui Crucem portat, ſtat ad caput ſepulchri, tenens imaginem Crucifixi versùs ſepulchrum. Sacerdos autem in dextera parte iuxta Crucem, & qui portant Aquam, & thuribulum, à dextris ipſius Sacerdotis. Túmque incipit Sacerdos ſubmiſſà voce Pater noſter. Et ne nos. A porta inferi. Dominus vobiſcum. Oremus, Tibi Domine commendamus, cum ſua concluſione. Tunc benedicit foſſam, dicens, Deus qui fundaſti terram. Deinde aſpergit foſſam, & thurificat Crucem, & foſſam, túncque deponitur corpus in ea, & Sacerdos primus ponit terram: & dum operitur, Sacerdos, cæteris Religioſis prædictos Pſalmos canentibus, ſubmiſſa voce dicit, Dominus vobiſcum. Oremus. Obſecramus. Deus apud quem. Oremus Fratres. Deus

qui iustis. Debitum humani. Temeritatis quidem. Omnipotentis Dei. Inclina Domine, vt animam famuli tui: in qua vltima oratione si Defunctus Sacerdos fuerit, additur, (Et Sacerdotis.) Dicitur autem Oremus ante quamlibet Orationem, & quælibet suam habet conclusionem: Respondetur verò Sacerdoti in his atque præcedentibus, ab his qui ferunt Crucem, thuribulum, & aquam.

17 Orationibus & Psalmis pariter expletis, incipit Sacerdos alta voce (Pater noster) & aspergit tumulum, thurificátque Crucem & tumulum. Sequitur, Et ne nos. Dominus vobiscum. Oremus, Tibi Domine cōmendamus. Deus cuius miseratione: quarum quælibet suā habet conclusionem. Quibus finitis, Sacerdote aspersorium tenente, & Cœmeterium aspergente: hoc ipso

ipſo ordine quo venimus, redimus à tumulo,capitibus coopertis cantātes Pſalmum,Miſerere mei Deus: & etiam , De profundis, ſi opus ſit. Quo in Eccleſia finito , Conuentu ſuper miſericordias inclinato , Sacerdos ad lectorium ſtans dicit,Requiem æternam dona eis Domine: Pater noſter. Et ne nos. A porta inferi. Dominus vobiſcum. Oremus, Fidelium, Requieſcant in pace. Amen.

18 Poſthæc Sacerdote præcedente exeuntes de Eccleſia conuenimus in Clauſtrum , ibíque Prior ſtans, cæteríſque cum eo ſtantibus, nudatáque capita habentibus ſequentem facit deprecationem,Dominus vobiſcum. Oremus. Abſolue Domine animam famuli tui ab omni vinculo delictorum:vt in reſurrectionis gloria , inter ſanctos tuos reſuſcitatus reſpiret. Per Chri-

 ſtum

ſtum Dominum noſtrum. Amen.
Requieſcat in pace. Amen.

19 Deinde dicto, benedicite (ſedet, cæteriſque pariter ſedentibus commendans defunctum, breuem facit exhortationem. Qua finita iniũgit Vicario, vel Sacriſtæ deſcribere in Kalendario Conuentuali Anniuerſarium Defuncti, qui deſcribendus eſt in die obitus eius, ſi ante Completorium obierit, alioquin ſequenti die. Iniungit etiam Prior Procuratori mittere Breuem ad alias domos: niſi iam miſſus ſit. Procurator autẽ ſit ſollicitus quantociùs poterit mittere Breuem Defuncti ad domos Ordinis, & maximè ad domum ſuæ profeſſionis, & eidẽ aſſociatas: & ad domos in quibus fuit Prior, vel Vicarius Monialium, vt Monachatus quem in illis domibus habet citò perſoluatur. Et mittendo illum Breuem ad dictas domos,

omos, designet diem obitus de-
ncti, vt Anniuersarium eius per-
etuum quod habet in illis domi-
us, describi possit in Kalendariis
onuentualibus dictarum domo-
um.

20 Post prædicta, Prior si videat
xpedire, Conuersis, & Donatis in
num Capitulum cõuocatis, aliam
acit exhortationem de status no-
ri consideratione. Et sic comple-
ur Officium sepulturæ.

21 Si contingat duos vel plures
sse simul sepeliendos, pro eis vna
lumtaxat Agenda, & vnica Missa
licetur, & preces & orationes di-
entur in plurali, & simul in vna
ouea sepelientur.

22 Si legitimè, & iuridicè con-
stet quòd aliquis fuerit mortuus in
vitio proprietatis, & non fecerit
ante mortem aliquod signum pœ-
nitentiæ, nec reuelauerit alicui suã
proprieta

proprietatem: corpus eius non ponitur in Ecclesia, nec sepelitur in Cœmeterio, sed in terra prophana: sine officio & solennitate. Et si ex ignorantia facti fuerit sepultus in Cœmeterio, & postea legitimè cōstiterit de ipsius proprietate, debet extrahi de Cœmeterio: & Cœmeterium quia violatum est, debet reconciliari, nec antequam reconciliatum fuerit, debet aliquis in eo sepeliri. Prouidendum autem vt Cœmeterij reconciliatio fiat per Priorem, aut alium nostri Ordinis Sacerdotem de licentia Episcopi, vel impetrata super hoc summi Pontificis facultate: ne res occulta palam fiat, & scandalum sequatur.

23 Cæterum Officium istud sepulturæ, tām in Agenda, quàm in Missa, & reliquis precibus pertinet ad Priorem, & propter illud quamcumque aliam Missam sibi debitam

m simul occurrentem dimittit,
xceptis Missis Natalis Domini, SS.
ominis IESV, Cœnæ, Paschæ,
entecostes, Corporis Domini, &
ncti Brunonis. Vnde si eo die quo
ouitius est Professionem factu-
is, contingeret Missa præsentis
efuncti, Prior illam diceret: &
rofessio Nouitij differretur ad aliũ
em, nisi præsens adesset, aut sta-
n conuocari posset Prior alterius
omus, pro dicenda Missa, in qua
ouitius Professionem faceret.
bsente autem vel impedito Prio-
, officium prædictum est Vicarij:
it eo similiter præpedito, Anti-
iioris. Si tamen Prior nostri Or-
nis affuerit, offertur ei Defunctus
peliendus, si voluerit: proprio
iore absente. Similiter si Episco-
is vel Abbas præsens fuerit: sem-
r ei offertur Defunctus sepelien-
is, si voluerit.

24 Si

24 Si post Completorium Infirmus obierit, Agenda eius mane sequenti post priuatas Missas dicetur: si verò circa vel post prandiũ, Agenda eius vel ante vel post Vesperas iuxta ordinationem Præsidentis persoluetur, & residuum sepulturæ differetur vsque in crastinum post Missam pro eo cantatam, si tamen de reseruatione eius verisimiliter periculum immineret, posset Defunctus eodem die sepeliri, & Missa eius in crastinum differri.

25 Quòd si eo die quo moritur Defunctus circa vel post prandium, dicenda sit in Conuentu Agenda de Anniuersariis, vel pro Tricenario inchoando, vel pro alio officio defunctorum, quod possit ad aliam diem transferri, & denuncietur Mortuus antequam illa sit inchoata, Anniuersarium illud, vel Tricenarium,

narium, vel officium proprium occurrens, ad alium diem transferetur arbitrio Prioris, & eo casu vnica post prandium dicetur Agenda: scilicet pro præsente Defuncto. Et tunc sequēti die non dicetur Exultabunt post Nocturna, sed finitis nocturnis cum suis precibus, statim Laudes incipientur. Si verò Agenda illo die post Vesperas dicenda, inchoata fuerit, vel dicta quando Mortuus denunciatùr: pro discretione Prioris, Agenda Defuncti aut dicetur eodem die ante Completorium: aut differetur vsque in crastinum diem: & in Agenda Defuncti dicetur secundo loco oratio specialis pro illo officio, pro quo Agenda præcedens dicta est.

26 Cæterùm si Defunctus occurrat sepeliendus in aliquo festo Capituli, nō defertur in Ecclesiam, nisi quando Missa debet pro eo

canta-

cantari,& poſt eam corpus ſepeliri. Vnde ſi in Vigilia Feſti alicuius poſt prandium quis mortuus fuerit, dicitur quidem eius Agenda circa corpus illo die: ſed non defertur in Eccleſiam vſque in craſtinum, quando eius Miſſa dici debet, ſcilicet ante Miſſam feſti. Cuſtoditur nihilominus corpus eius à vigilantibus atque pſallentibus (ſicut dictum eſt, nu.4.) in cella eius: aut in alio loco, iuxta domus cōſuetudinem. Quando autem ferialibus diebus ſepeliendus eſt Defunctus, ſi præcedenti die mortuus fuerit poſt prandium, defertur in Eccleſiam ante Completorium, ibique à vigilantibus cuſtoditur.

27 Miſſam Defuncti, eo die quo ſepelitur ante ſepulturam eius dicimus, niſi propter imminens periculum ſepultura eius præcedenti die fuerit anticipata: Tribus tamen

diebus

diebus ante Pascha, & ipso die Paschæ, Pentecostes, & Natalis Domini, si Defunctus occurrat, Missa eius Conuentualis in Crastinum dictarum solennitatum differetur.

28. Propter Missam præsentis defuncti, sequentes Missæ, quæ alioquin fuerant in Conuentu dicendæ, in priuato redduntur. Missa de Beata in Sabbato, nisi sit de vigilia Assumptionis, aut de aliquo festo eiusdem Virginis: Missa propria Festi trium lectionum: Missæ feriæ quartæ, & feriæ sextæ ieiuniorum Temporalium Septembris & Decembris: Missæ secundæ & tertiæ diei Capituli generalis: Missæ de Natiuitate Domini duobus diebus post festum sancti Thomæ Episcopi: Missæ de Resurrectione Domini feriis quinta, & sexta, & Sabbato intra octauas Paschæ: Missa feriæ quintæ intra octauas Pentecostes:

Missa Dominicalis supra hebdomadam dicenda, si non possit alio die dici: Missa de Anniuersariis, vel pro Benefactoribus: Missæ Rogationum.

29 Aliæ Missæ conuentuales præter prædictas non omittuntur propter præsentem Defunctũ, & ideo aliquando duæ: quandoque etiam tres Missæ in Conuentu dicendæ occurrunt. Duæ quidem, quando Missa præsentis Defuncti est dicenda in aliquo dierum sequentium: scilicet in Dominica, aut in festo quolibet duodecim Lectionum, in Vigiliis propriam Missam habentibus, feriis quarta, quinta, & sexta Quinquagesimæ, & omnibus ferialibus diebus Quadragesimæ: exceptis tribus diebus ante Pascha, omni Sabbato ieiuniorum Temporalium, intra octauas Paschæ, feriis secunda, tertia & quarta, intra

octauas

octauas Pentecostes, excepta feria quinta. Omni die intra octauas Corporis Christi: prima die Capi-tuli generalis, in die Commemo-rationis omnium fidelium Defun-ctorum, in die Commemorationis Fratrum nostrorum, & quoties di-cenda est Missa pro Tricenario in-choando, vel pro officio Capitu-li generalis, Cluniacensium, Bene-factorum sancti Stephani, aut alio officio proprio quod Missam ha-bet Conuentualem.

30 Tres autem Missæ sunt in Conuentu dicendæ: quando Missa præsentis Defuncti occurrit dicēda in aliquo Festo duodecim Lectio-num occurrente in vno ex sequēti-bus diebus. Videlicet in feriis quar-ta, quinta, & sexta Quinquagesi-mæ, & omnibus diebus Quadrage-simæ vsque ad Cœnam Domini, excepto Sabbato ante Dominicam

 Palma

Palmarum, & exceptis omnibus Dominicis, omni die intra octauas Corporis Christi, in Vigiliis propriam Missam habentibus, omni Sabbato quatuor Temporum, feria sexta intra octauas Pentecostes, & prima die Capituli generalis. Quoties autem in Conuentu tres Missæ sunt dicendæ, omnia paulò quidem rotundiùs, sed semper cum religiosa grauitate dicũtur, & Missæ ieiuniorum & vigiliarum, (exceptis vigiliis Natalis Domini, & Pentecostes:) Missæ etiam de sacro Corpore Christi intra octauas eius, & Missa de Spiritu sancto prima die Capituli, & feriæ sextæ intra octauas Pentecostes: sine nota cantantur. Missa autem festi, & præsentis Defuncti: cum cantu. Eo etiam casu contingente: sepultura Defuncti post prandium potest differri.

31 Quando in festis Capituli sepeliendus est Mortuus ante prandium, post Capitulum, dictis Missis priuatis, statim Missa eius dicetur ante Missam festi simul cum toto officio sepulturæ: & tunc absolutio Defuncti, quæ fit in claustro, differetur vsque post Missam festi: quia regresso Priore à sepulturæ officio, & dicta Oratione Fidelium ad lectorium, statim incipit Sacerdos Exorcismum salis, si Dominica fuerit, vel diebus cæteris, Deus in adiutorium, pro Tertia dicenda: ad quam pulsari debuit, dum Psalmus (Miserere, vel De profundis) à Conuentu reuertente dicebatur. Et Prior interim dum Exorcismus fit, aut Tertia dicitur: ad gradum Altaris gratias reddit. Si verò in pomeridianum tempus sepultura differatur, absoluta Missa festi, Vicarius corpus statim in Ec-

clesiam deferri curat: vt liceat Priori interea, post (Agnus Dei) Missæ festi, se ad celebrandum præparare: & si antea non potuit eius Agenda persolui, cùm adhuc non esset mortuus: post meridiem dicetur.

32 Quando autem ferialibus diebus, sepultura Mortui manè debet fieri, post Primam, dato signo pro Confessionibus, Missæ priuatæ primò celebrantur, nisi dicenda sit Missa Matutinalis festi 12. lectionum, aut Tricenarij inchoandi, & post Missas priuatas, statim Defuncti agenda dicitur, nisi præcedenti die dicta fuerit: postmodum Missa cum reliquo sepulturæ officio, si per tempus liceat. Nam quando duæ Missæ in Conuentu sunt dicendæ: potest sepultura differri vsque in pomeridianum tempus.

33 Verumtamen non obstantibus præmissis, in arbitrio Præsidentis relin

relinquitur,aliter, ſi ſibi viſum fuerit,diſponere circa horam & ordinẽ Miſſæ ac ſepulturæ Defuncti, iuxta temporis & loci congruitatem.

34 Eo die quo apud nos ſepelitur Defunctus, ſiue is Monachus, ſiue Conuerſus noſtri Ordinis fuerit, ſiue alterius Ordinis Prælatus, vel Epiſcopus, aut præcipuus Benefactor, vel alia aliqua perſona inſignis: bis ſimul reficimus, exceptis ieiuniis quæ pro feſto Capituli minimè frangimus, in quibus etiam ieiuniis ſimul quidem, ſed ſemel veſcimur, excepta die Paraſceues. Pro funeribus etiam Prælatorum, aut Magnatum, quorum corpora ad Eccleſiam noſtram deferuntur per vnum diem aut plures ſeruanda, ſed non apud nos ſepelienda, in Refectorio comedimus: & à Præſidente deputantur Religioſi, qui alternatim vigilent,

& psallant circa corpora eorum, sicut fit pro Fratribus nostris Defunctis.

35 Nullum verò volumus esse colloquium, aut recreationem eo die quo quis apud nos sepelitur: & quantùm possumus hortamur omnes, vt ea charitate & instantia pro anima Defuncti exorent, qua post mortem pro se orari desiderant.

36 Ab Exaltatione sanctæ Crucis vsque ad Pascha, quando sepelitur Defunctus diebus ferialibus, si bis est reficiendum, dicimus ante prandium in Ecclesia Sextam diei dumtaxat recto tono, cuius Capitulum, preces & Oratio (quæ ad lectorium dicitur) more solito cantantur, qua dicta Refectorium intramus, & dum Gratíæ dicuntur, pulsatur à Nouitio pro Nona; statímque peractis Gratiis, in quibus genua non flectimus, non præmisso

(Pater

(Pater noster) Nonam diei dumtaxat cantamus, eáque persoluta cellas repetimus, ibíque Nonam de Beata ſinguli dicimus. Si verò eodem tempore occurrat ſepultura cum feriali ieiunio quod pro feſto Capituli non violaretur, Nona tantùm de die ſine nota cantatur ante prandium: & ſtatim poſt Gratias, redimus ad cellas: In ieiuniis tamen Quadrageſimalibus, & Vigiliis proprias Miſſas habentibus, Horæ cum nota cantantur more ſolito.

37 Porrò à Paſcha vſque ad Exaltationem ſanctæ Crucis, quando ferialibus diebus occurrit ſepultura, ſi non fuerit ieiunandum, ante prandium Sextā diei ſine nota in Eccleſiis cantamus, eáque dicta Refectorium intramus, & poſt Gratias cellas repetimus: vbi opportuno tempore dato ſigno vtramque Nonam

ſinguli dicimus. Si verò ieiunium fuerit ſeruandum, Nonam dici ſine nota in Eccleſia ante prandium dicimus : & poſt Gratias ad cellas reuertimur.

38 Præſcriptum ſepulturæ Officium cum Agenda & Miſſa, integrè facimus pro his qui apud nos conuentualiter ſepeliuntur, exceptis Mercenariis, pro quibus licèt aliquando conuentualiter ſepeliantur, Agenda tamen non dicitur. Cæterùm eos tantùm qui de Ordine noſtro ſunt, in Cœmeterio noſtro ſepelire conſueuimus. Verumtamen ſi quis cæterarum Religionum intra terminos noſtros obierit, quem ſua Congregatio aſportare aut nequiuerit, vel neglexerit : hunc ſepelimus.

39 Fundatores quoque domorum noſtrarum, ſiue Eccleſias noſtras ædificantes, ſed non eorum hæredes,

eredes, consueuimus in Cœme-
riis, seu Ecclesiis nostris sepelire.
Quibus tamen pro eo quòd Eccle-
as nostras ædificant, aut bona sua
ostris Monasteriis donant, nihil
acto aliquo interueniẽte promit-
atur de sepultura apud nos facien-
la, aut de Missa, vel Anniuersario,
vel aliquo alio spirituali Officio
persoluendo. Episcopos etiam siue
nostros, siue alienos, & Cardinales,
si elegerint in domibus nostris se-
pulturam, fieríque sine nostro in-
commodo poterit: sepelire possu-
mus.

40 Famuli autem Ordinis ad do-
mum Cartusiæ venientes, vel inde
recedentes, aut cum Visitatoribus
ambulantes, si in via obierint: in
proximiori domo Ordinis pote-
runt sepeliri, nisi alibi elegerint se-
pulturam.

41 Mercenarios etiam nostros
qui

qui nobiſcum reſident, & apud nos moriuntur, niſi alibi ſepulturam elegerint, ſepelimus. Qui licèt poſſint præſente, vel abſente Conuentu iuxta arbitrium Prioris ſepeliri, hortamur tamen Priores, vt ſi commodè fieri poſſit, illos præſente Conuentu ſepeliant. Ac primùm quidem Prior, vel qui ſepulturæ Officium completurus eſt, indutus cuculla Eccleſiaſtica, & ſtola, aſſumpto ſecum Procuratore, & aliquibus Officialibus, ac Conuerſis, vel Donatis non præpeditis, vadit quæſitum corpus ad locum, vbi præparatum eſt: quo Aqua ſancta aſperſo, dicit ſubmiſſa voce, Pater noſter. Et ne nos. In memoria æterna erit iuſtus. Ne tradas beſtiis. Ne intres. Dominus vobiſcum. Oremus, Deus cui omnia viuunt: Per Dominum. Poſtea defertur corpus ad Eccleſiam, præcedentibus

bus his qui portant ignem, Aquam ſanctam, & Crucem, poſitóque corpore in choro Conuerſorum, vel Monachorum, vt ſuprà nu. 12. & congregato Conuentu, dicuntur tria Reſponſoria cum precibus & Orationibus more ſolito. Quibus dictis defertur ſtatim in tumulum, cum Pſalmis & Orationibus ſicut pro Monacho fieri conſueuit. Miſſa autem pro Defuncto, eodem die ſi fieri poteſt, in priuato eſt dicenda, aut craſtino die, ab Hebdomadario.

42. Quòd ſi Mercenarius ſit abſente Conuentu ſepeliendus, ſimiliter debet requiri corpus eius ab eo qui ſepulturæ completurus eſt Officium induto cuculla Eccleſiaſtica & ſtola, ſociato Procuratore, & aliquot ſaltem Conuerſis, vel Donatis, dictiſque precibus, In memoria æterna erit, &c. cum

oratione

oratione (Deus cui omnia viuunt,) ſtatim ibidem dicunt Reſponſoria, Credo, cùm ſequentibus & orationibus: quibus expletis incipit Sacerdos Pſalmum, In exitu Iſraël, quem cum Procuratore, & altero Officiali aſtante proſequitur, cum vno aut altero ex ſequentibus Pſalmis qui in ſepultura Religioſi ſolent dici: quantùm opus fuerit, donec perueniatur ad ſepulchrum: ibi enim intermittitur Pſalmodia, & Sacerdos dicit Pater noſter. Et ne nos. Dominus vobiſcum. Oremus. Tibi Domine commendamus. Poſtea benedicit foſſam: & dicit cæteras Orationes quæ ſolent dici in ſepultura Monachorum. Habent etiam mercenarij vnum Placebo à ſingulis Religioſis dicendum in cellis, cum oratione propria, Fidelium, & Omnipotens qui viuorum.

43 Donatorum verò qui ſunt perſonæ Ordinis,& habent Breuem volumus, vt eodem prorſus modo exequiæ quo & Conuerſorum celebrentur : tam quoad Agendam circa corpus, quàm quoad Miſſam Conuentualem cum ſepulturæ Officio. Nam Pſalteriis & Tricenario carent, & Miſſa Conuentualis cum Agenda quæ pro illis dicitur in Conuentu, erit Agenda, & Miſſa illis debita pro Breui,quem ex Ordine habent: & ſic ſupplebit vnum de illis duobus Breuibus ſuper hebdomadam dicendis. Et propterea in eorum Miſſa,& Agenda dicendæ erunt Orationes omnes, quæ pro Breui recenter Defuncti dici conſueuerunt. Et qui non interfuerint Agendæ eorum conuentuali, dicent illam in priuato cum iiſdem Orationibus.

44 Poſſunt inſuper alij Extranei apud

apud nos ſepeliri, habita licentia Capituli generalis: vel R. P. Cartuſiæ.

45 Nulla perſona Ordinis noſtri interſit ſepulturis alienis: ſequendo funus publicè cum aliis Secularibus, vel Religioſis alterius Ordinis.

De variis Officiis Defunctorum, & ſpecialiter de Agenda.

Cap. XXXV.

1 Varia in Ordine noſtro habemus Defunctorum officia, diſtinctis nominibus deſignata: videlicet, Agendam, Tricenarium, Anniuerſarium, Monachatum, Breuem, Precem generalem, & ſpecialem: & alia quædam ſpecialia, & generalia pro Defunctis

functis officia, provt infrà declarabitur, cap.42. & 43. per totum.

2 Porrò Agendam vocamus officium diligenter pro Defunctis exoluendum, complectens Vesperas, Matutinas, & Laudes, provt in nostris Breuiariis, & horariis ordinantur. Ac Vesperas quidem alio nomine, Placebo, Matutinas, Dirige, Laudes, Exultabunt, vocamus: nimirum quòd hæ partes, ab illis incipiantur dictionibus.

3 Per totum autem annum, singulis diebus post Vesperas in Ecclesia dictas, Agendam ab initio ipsius (Placebo) vsque ad (Exultabunt) exclusiuè, Conuentualiter dicimus: exceptis tribus septimanis, scilicet Natalis Domini, Paschæ, & Pentecostes, cum triduo ante Pascha: exceptis etiam omnibus diebus Dominicis, & Festis duodecim Lectionum, diebúsque

tam Dominicas quàm huiusmodi festa immediatè præcedentibus. Cuius quidem Agendæ Laudes siue Exultabunt, post Nocturna sequentis diei in Ecclesia cantamus: verumtamē in Quadragesima cantatis Vesperis (Placebo) tantùm propter temporis Breuitatem in Ecclesia dicimus: & (Dirige) vsque ad (Exultabunt) in cellis post prandium ante Completorium persoluimus.

4 Hoc autem pro Defunctis Officium, vno eodémque modo cum nouem lectionibus, sicut descriptū habetur in Breuiariis nostris, semper persoluendum esse, quoties persolui debet, statuimus, nisi quod prima Oratio sæpè, & secunda frequenter, & tertia aliquando varientur, sicut sequentia docent.

5 Quoties verò conuentualiter Agenda persoluitur, sequentes cæremoniæ:

remoniæ ſeruandæ ſunt. Stat Chorus contra Chorum, capitibus tectis ad omnes hujuſmodi Officij Pſalmos, ejs exceptis qui poſt (Pater noſter) Orationes præcedunt, in quibus vel genua flectimus, vel ſuper formas inclinamur, pro temporis congruitate, at quoties (Pater noſter) ante Lectiones dicitur, profundè ſuper miſericordias ſemper inclinamur : quoüſque reſponſum fuerit. (Sed libera nos à malo). Ipſas verò Lectiones audimus ſedendo, quæ terminandæ ſunt, abſque (Tu autem) more verſiculorum, qui ſolent cantari triduo ante Paſcha : & harum Lectores caput poſt ſingulas inclinant, cæteráſque cæremonias ſeruant, provt dictum eſt in Officio Cantoris hebdomadarij, cap.20.num. 5. Reſponſoria verò ſedendo ſine nota cantamus, excepto verſu eorum, qui ab eo

dicitur qui præcedentem Lectionem cantauit: post quem caput similiter inclinat.

6 A festo omnium Sanctorum vsque ad Septuagesimam, diebus duodecim Lectionum, quas simile festum non subsequitur, dicere tenemur in cellis, post Nonam aut Vesperas, Agendam vsque ad (Exultabunt) pro Anniuersariis, seu ex Præsidentis ordinatione pro Tricenariis cartæ Capitularis inchoandis, cuius Agendæ Laudes, postridie in Conuentu more solito sunt persoluendæ.

7 A Septuagesima verò vsque ad eandem omnium Sanctorum solennitatem, quamuis diebus prædictis non teneamur Agendam dicere, tamen primo post eos feriali die (Exultabunt) finitis Nocturnis Canonici Officij dicere debemus, ídque omnibus simul sedentibus

dentibus ab intonata antiphona vſque ad eius repetitionem : cùm aliàs , quoties Agenda præcedit : Chorus contra Chorum ſtare debeat , tectis capitibus ad omnes Pſalmos. Huius autem (Exultabunt) Orationes ſunt , Inclina famulorum & famularum, cum quatuor aſſuetis ordinariis , ſcilicet Deus qui inter. Deus veniæ. Omnipotens cui numquam. Fidelium. Iſtas enim Orationes ſpeciali nomine vocamus quatuor aſſuetas, propterea quòd in omnibus Agendis & Miſſis Defunctorum , tam Conuentualiter, quàm priuatim ex debito dicendis, poſt propriam, vel proprias Orationes ſemper dicantur : exceptis quibuſdam Miſſis & Agendis , ſicuti propriis locis, tam ſuprà quàm infrà declaratur , cap. 34. num. 6. & 13. cap. 39. num. 5. & cap. 42. num. 1. Quoties autem ali-

qua iſtarum quatuor dicitur primo loco in Miſſa vel Agenda, poſtea ſuo ordine inter alias non repetitur. Hoc denique (Exultabunt) propria caret Miſſa, quemadmodum Hedomadaria Benefactorum. Miſſa nullam habet Agendam ſibi peculiariter annexam: & vtrúmque hoc beneficium tribuitur noſtris omnibus in Chriſto quieſcentibus Benefactoribus, & propinquis, Fidelibúſque vniuerſis.

8 Prædicto tamen tempore, videlicèt à Septuageſima, vſque ad Sanctorum omnium ſolēnitatem, diebus duodecim Lectionum aliquoties debet in priuato dici Agēda ante Completorium: videlicet quoties ex Præſidētis ordinatione, Tricenarij cartæ Capituli inchoandi, Miſſa eſt poſtridie in Conuentu dicenda.

9 Cæterùm quemadmodū Agen-

dæ

dæ propriæ Miſſam habent propriam die ſequenti celebrandam, ſic in vtraque eædē ponuntur Orationes: niſi quòd in Miſſis aliquando additur (Omnipotens qui viuorum) numquam autem in Agendis.

De Tricenariis.

Cap. XXXVI.

1 TRicenarivm, aut eſt Singulare, quod vni perſonæ peculiariter deputatur, cuius propria Oratio, & cōueniens ei primo loco dicitur: aut eſt Commune ſeu coniunctum, quod pro pluribus ſimul perſoluitur, cum Oratione propria in plurali primo loco dicenda. Cæterùm pro quolibet Tricenario, ſiue communi, ſiue ſingulari, dicitur conuentua-

liter Agenda integra, nisi quando in crastino alicuius festi duodecim Lectionum Præsidens ordinauerit reddi Missam Tricenarij cartæ Capituli inchoandi: tunc enim solum (Exultabunt) Agendæ ipsius dicitur in Conuentu post Nocturna, & (Placebo) ac (Dirige) in cellis post Nonam aut Vesperas diei præcedentis.

2 Præter Agendam integram, pro quolibet Tricenario redduntur triginta Missæ, quarum prima semper dicitur in Conuentu, & vocatur Missa Tricenarij inchoandi: cæteræ autem Missæ redduntur in priuato ab his quibus per ordinem tabulæ contingit. Itaque à die quo prima Missa Tricenarij est in Conuentu dicta, vsque ad tricesimum diem inclusiuè, quotidie, exceptis tribus diebus ante Pascha, & solennitatibus Paschæ, Pentecostes,

& Natà-

& Natalis Domini,pro eodem Tricenario Miſſa in priuato dicitur: quæ vocatur Miſſa Tricenarij currentis. Verumtamen quoties in Conuentu, vel in priuato dicitur Miſſa de Anniuerſariis, vel pro Benefactoribus, vel pro Tricenario alio inchoando, vel pro præſente Defuncto: eo die nulla Miſſa ſpecialis pro Tricenario currente celebratur,ſed tantùm pro eo in dictis Miſſis oratio ſpecialis ſecundo loco dicitur: & ſic tranſit Miſſa Tricenarij currentis, cum his quatuor Miſſis per ſolam commemorationem, & computatur pro vna Miſſa ex illis triginta Tricenario debitis.

3 Quando autem celebratur Miſſa in Conuentu pro officio Capituli generalis,vel Cluniacenſium, vel Benefactorum ſancti Stephani, aut pro quolibet Defunctorum officio alio à prædictis quatuor,

etiamſi fiat commemoratio Tricenarij currẽtis in tali officio, nihilominus redditur in priuato Miſſa Tricenarij.

4 In domibus, in quibus non ſunt ſex Sacerdotes, pro quolibet Tricenario dicuntur duæ Miſſæ dumtaxat, vna in Conuentu, & altera in priuato, nihilominus fit Commemoratio Tricenarij currentis in Agendis, & Miſſis Defunctorum, quæ in prædictis domibus ex debito dicuntur: vſque ad triceſimum diem ab inchoatione Tricenarij.

5 Orationes tam Agendæ quàm Miſſæ Tricenarij inchoandi, hæ ſunt. Prima propria pro illo vel illis, pro quo vel quibus Tricenarium inchoatur: ſecunda pro Tricenario currente, cum quatuor aſſuetis, niſi aliud ſpecialiter exprimatur, aut niſi præſens Defunctus

occur

occurrat,aut nisi Præsidens ordinet secundo loco specialem Orationem dici. In his enim casibus,Oratio pro Tricenario currente tertio loco dicetur.

6 In Missa verò Tricenarij currentis, si plura simul Tricenaria currant, dicitur pro illis omnibus vnica Oratio illis congrua in plurali: si vnicum Tricenarium currat, dicitur Oratio propria illius cum quatuor assuetis. Et quia propter multiplicationem Tricenariorum cartæ, & aliorum quæ in singulis domibus habentur,semper currunt simul multa Tricenaria, ideò communiter pro illis,tam in Agendis, quàm in Missis: dicitur Oratio, Inclina famulorum & famularum tuarum: aut Deus cui proprium famulorum & famularum,si primo loco Oratio, Inclina, dicta fuerit. Potest autem Missa

Tricena

Tricenarij currentis, in die festo dici de festo: cum penultima oratione Inclina famulorum famularúmque tuarum, & Omnipotens qui viuorum in fine.

7 Præter Agendam propriam, & triginta Missas prædicto modo dicendas pro quolibet Tricenario, tenemur etiam in omnibus Agendis, & Missis de Defunctis quas ex debito dicimus, addere secundo, vel tertio loco Orationem Inclina famulorum & famularum: pro Tricenariis simul currentibus.

8 Tricenarium quod ex speciali concessione aliquis habet per totum Ordinem: in domibus Ordinis non persoluitur, nisi post Capitulum generale, in cuius carta denunciatur, & suo ordine ponitur.

9 Quoties per R. P. aut Capitulum generale cõceditur alicui personæ Ordinis, aut extraneo Tricenarium

narium per totum Ordinem, nisi expreſsè & ſpecialiter apponatur clauſula (Vobis ſoli, aut ſingulariter, aut æquiualens,) tali perſonæ non debetur Tricenarium ſingulare, ſed commune dumtaxat, & coniunctum cum aliis, provt in carta Capituli ordinatur.

10 Qui cum beneficio Tricenarij ſingularis ad domos nouas, aut alias Ordinis noſtri, diriguntur, & proceſſu temporis ad ſuam inſtantiam de illis emittuntur, ipſo facto, dicto beneficio ſunt priuati. De aſſumptis etiam ad officia Ordinis de antedictis domibus, cenſetur illud idem: ſi poſt abſolutionem ſuam non redierint ad eaſdem, ſed alibi elegerint manſionem.

11 Pro quolibet Tricenario quod per cartã Capituli generalis iniungitur, ſiue iniungatur pro perſonis Ordinis ſiue pro extraneis: ſingulæ perſonæ

personæ Ordinis professæ literatæ non celebrantes, tenentur dicere viginti Psalmos, & Conuersi quinquaginta Pater noster, & totidem Aue Maria. Pro aliis autem Tricenariis in Kalendariis singularum domorum descriptis, quæ non sunt de carta, personæ literatæ professæ non celebrantes dicunt quinquaginta Psalmos: non literatæ dicunt centum quinquaginta vicibus Pater noster, & Aue Maria.

12 Consuetudinem quarumdam domorum vt citiùs à Tricenariis liberentur in præiudicium Anniuersariorum introductam, qua post receptam Capituli cartam omnia Anniuersaria in longum tempus transferre non verentur, donec omnia Tricenaria fuerint inchoata, tanquam rationi contrariam reprobamus: declarantes sufficere si vltimum Tricenarium cartæ Capituli

tuli præteriti inchoatum ſit ante receptam cartam Capituli ſequentis. Concedentes etiam domibus, quæ Anniuerſariis aggrauatæ, dies vacantes pro inchoandis Tricenariis ad ſufficientiam non habebunt, vt in craſtinum feſtorum duodecim Lectionum poſſint Tricenarium inchoare:& in ipſis feſtis poſt Nonam aut Veſperas pro eiſdem Agendam vſque ad (Exultabunt) in cellis dicere. Verùm propter Tricenarium inchoandũ quando præcedens expirat, poſſunt Anniuerſaria transferri, & etiam quandocumque Tricenaria non poſſunt diebus vacantibus perſolui ante receptionem cartæ futuri Capituli, eo caſu poſſunt Anniuerſaria transferri, quando, & in quantum fuerit neceſſe, ad hoc quòd vltimum Tricenarium cartæ præteriti Capituli ſit ſaltem inchoatum ante re-

ceptionem

ceptionem cartæ ſequentis Capituli.

13 Si perſonis quæ non ſunt de Ordine noſtro, fuerit conceſſa Fraternitas ſeu Breuis, quod idem eſt, & Tricenarium: perſonæ Ordinis noſtri non tenebuntur pro eis exſoluere, niſi ſolum officium Tricenarij.

14 Tria ſunt olim conceſſa ſingularibus Ordinis noſtri Benefactoribus Tricenaria: quæ ſingulis annis celebranda veniunt. Primum eſt Domini Amblardi Epiſcopi Maurianenſis, circa feſtum Beati Marci Euangeliſtæ celebrandum: cum orationibus Inclina famulorum & famularum tuarum, deinde, Deus cui proprium, in plurali pro Tricenariis currentibus: & quatuor aſſuetis.

15 Secundum eſt recolēdæ memoriæ Domini Talaziandi Petragoricen

goricensis Cardinalis, circa festum B. Antonij celebrandum cum orationibus, Da nobis Domine, vt animam famuli, & Sacerdotis tui, atque Pontificis, Inclina famulorum & famularum, & Deus cui proprium in plurali pro Tricenariis currentibus,& quatuor assuetis.

16 Tertium circa principium Martij pertinet ad Dominam Ioãnam Franciæ,& Nauarræ Reginam, quæ generali Capitulo centum libras annuales delegauit, cum qua comprehenditur eius maritus, Dominus Carolus cum vtriusque liberis: cuius orationes sunt,Inclina in plurali, Deus cui proprium in plurali, pro Tricenariis currentibus, cum quatuor assuetis: & in Missa, Omnipotens qui viuorum, vltima. Pro quolibet istorũ trium Tricenariorum, non celebrantes literati professi, dicere tenentur

quinquaginta Psalmos: non literati centum quinquaginta Pater noster, & Aue Maria.

17 Quando alicui associatio Tricenarij conceditur, id est, quando alicui roganti pro aliquo vel aliquibus Defunctis, conceditur vt associentur in Tricenario currente, quod ex causa facere cuilibet Priori in sua domo permittimus: talis associatio fiat cum primo Anniuersario post inchoationem Tricenarij occurrentis: ita quòd post orationem propriam illius Anniuersarij, aut post orationes proprias si plures habet, tam in Agenda quàm in Missa dicatur oratio propria pro illo, vel illis, quibus talis associatio cõceditur, & tertio loco dicatur oratio pro Tricenario currente cum quatuor vltimis: Cæteris autem diebus vsque ad tricesimum diem, non dicitur oratio propria pro

pro eo cui eſt conceſſa aſſociatio Tricenarij, ſed continetur ſub oratione quæ dicitur pro Tricenariis currentibus.

18 Similiter quando Præſidens ordinat aliquam ſpecialem orationem dici in Agenda vel Miſſa alicuius officij Defunctorum, talis oratio debet dici ante orationem pro Tricenariis currentibus: poſt propriam vel proprias orationes illius officij.

De Anniuerſariis, & Priuatis.

CAP. XXXVII.

1 ANNIVERSARIVM vocamus, officium mortuorũ, quod ſingulis annis Anniuerſario die obitus alicuius: vel aliquorum ex Kalendariis domorum

Ordinis celebrandum occurrit, & propterea quælibet domus Ordinis debet habere Kalendarium Conuentuale: in quo illi deſcribantur ſub die obitus ſui, qui in illa domo habẽt Anniuerſarium perpetuum.

2 Pro quolibet Anniuerſario perpetuo ſingulis annis dicitur Miſſa in Conuentu, vel in priuato, ab eo cui contingit ex ordine tabulæ, eo die quo occurrit notatum in Kalendario, & præcedenti die Agenda ab omnibus perſoluitur in Conuentu vel in priuato. Si tamen diebus duodecim Lectiones habentibus aut tribus diebus ante Paſcha, aut infra octauas Paſchæ, Pentecoſtes, & Natalis Domini, Anniuerſarium in Kalendario notatum occurrat, transfertur ad diem primò vacantem: in qua ſi aliud Anniuerſarium contingat, pro eo & Anniuerſariis tranſlatis,

vnica

vnica Agenda & Missa dicetur. Similiter si vno die plura Anniuersaria concurrant: pro omnibus vnica Missa & Agenda dicetur.

3 Transfertur etiam Annniuersarium occurrens, quoties aliud officium Defunctorum habens Agendam fuerit celebrandū in Conuentu. Anniuersaria autem omnia quæcumque transferuntur, comprehenduntur cum aliis Anniuersariis primo loco celebrandis: nisi vacarent dies in quibus possent Anniuersaria translata commodè celebrari. Tunc enim tot dici debent Anniuersaria, quot fuerint translata, si dies vacantes ad hoc sufficiant.

4 Orationes Anniuersarij tam in Agenda quàm in Missa sunt hæ: Deus indulgentiarum Domine da animabus famulorum tuorum, Inclina in plurali, pro Tricenariis

currentibus, cum quatuor assuetis.

5 Missæ Anniuersariorum redduntur in priuato, quoties occurrunt in Sabbato, vel tribus diebus Capituli generalis, vel in ieiuniis Temporalibus, vel in Quadragesima, vel in vigiliis Missam propriam habentibus, vel in festis trium Lectionum propriam Missam habentibus, vel si Missa Dominicalis sit reddenda, vel si Defunctus præsens occurrat, vel si Præsidens aliquam Missam votiuam in Conuentu dici ordinauerit, aliàs in Conuentu redduntur ab eo cui contingit ex ordine tabulæ.

6 Aliud est genus Anniuersarij quod priuatum simpliciter & absque additione vocamus, propterea quòd totum eius officium in priuato semper fiat, pro quo (Placebo) tantùm vsque ad (Dirige) ab vnoquoque

vnoquoque noſtrum priuatim dicitur cum his orationibus: Inclina famulorum & famularum tuarum, Fidelium, & Omnipotens qui viuorum. Ab Hebdomadario autem Sacerdote, vel in domibus in quibus id conſuetum eſt, ab eo cui cõtingit ex ordine tabulæ, vna priuatim Miſſa redditur cum orationibus, Inclina famulorum & famularum, Deus cui proprium in plurali pro Tricenariis currentibus, quatuor aſſuetis, & Omnipotens qui viuorum. Hæc autem Miſſa numquam redditur in feſtis duodecim Lectionum, nec intra octauas Natalis Domini, Paſchæ, & Pentecoſtes.

7 Porrò Anniuerſaria hæc priuata ſolent in Kalendariis ſingularum domorum notari ſub illis diebus quibus conceſſa fuêre certis perſonis de illis domibus benè meritis:

ritis : & quando occurrunt, tantùm generaliter denunciantur Dominicis diebus in Capitulo per Præsidentem, sic dicendo : Occurrunt hac hebdomada tot priuata : nec exprimuntur pro quibus personis sint persoluenda. Quòd si intra octauas Paschæ, Pentecostes, & Natalis Domini aliqua priuata occurrant : non denunciantur, nisi Dominica sequenti.

De Missa ordinaria pro Benefactoribus, & aliis precibus pro eisdem dici solitis.

CAP. XXXVIII.

1 PRo Benefactoribus nostris præter assiduam commemorationem, quæ fit semper in precibus ad omnes Horas

ras diei, etiam in omnibus Agendis & Missis Defunctorum debitis (paucis exceptis in quibus aliter ordinatur) dicimus orationem penultimam. Insuper in qualibet domo Ordinis per singulas hebdomadas (exceptis hebdomadibus Paschæ, Pentecostes, & Natalis Domini quando venit in Dominica,) Missa vna, in Conuentu, vel in priuato iuxta ordinationem Præsidentis, cantatur ab eo cui contingit ex ordine tabulæ: tam pro Benefactoribus quàm pro omnibus habitatoribus domus illius, & vniuersaliter pro omnibus Fidelibus Defunctis. In qua Missa dicuntur hæ orationes, Omnipotens sempiterne Deus, cui numquam, Inclina in plurali pro Tricenariis currentibus, Deus qui inter, Deus veniæ largitor, Fidelium, & Omnipotens qui viuorum.

2 Porrò hæc Benefactorũ Missa, à Septuagesima vsque ad festum omnium Sanctorum : redditur prima feriali die post Dominicam occurrente. A festo autẽ omnium Sanctorum vsque ad Septuagesimam, redditur in priuato Dominica die aut sequenti, si dies festiua sit : & potest dici de festo cum penultima oratione Omnipotẽs sempiterne, cui numquam, & Omnipotens qui viuorum.

3 Præter supradicta diebus Capituli singulis, (exceptis Cœna, & Natali Domini, Pascha, & Pentecoste :) in Capitulo Monachorum post lectionem Apostoli, in qualibet domo Ordinis, dicuntur preces communes, scilicet, De profundis, Requiem æternam, Pater noster, Aue Maria. A porta inferi, Dominus vobiscum, Oremus, Inclina, & Omnipotens qui viuorum, pro

Bene

enefactoribus nostris, & recomendatis, & his pro quibus teneur.

4 Vnum præterea integrum ofcium quotannis primo die post ircumcisionem vacante, pro ipsis enefactorib. Conuentualiter perluitur in qualibet domo Ordinis, rovt infrà dicetur, c.42.n.6. Cuius fficij denunciatio fit in Capitulo ie S. Stephani per Martyrologij ectorem, & eadem qua persoluir hebdomada, debet etiam ornaria Benefactorum Missa celerari.

5 Cæterùm duo sunt officia lissarum pro Defunctis scilicet Requiem) & (Respice,) quorum rimum in omnibus Missis priuas de Défunctis semper dicitur, siul cum Tractu De profundis: & militer in omnibus Missis Conentualibus, exceptis Missis quæ de

de Anniuersariis, vel pro Benefactoribus cantantur, in quib. tractus numquam dicitur. Alterum scilicet (Respice) est omnino Conuentuale, semper pertinens ad primam septimanæ Missam, quæ de Anniuersariis, vel pro Benefactoribus celebratur, ac deinde vsque ad Sabbatum debet alternatim cum altero officio cantari: nisi Tractus De profundis dicendus impediat.

De Monachatibus.

Cap. XXXIX.

1 DVplex est Monachatus, vnus simplex: alter cum Psalteriis: Quoties autem alicui conceditur Monachatus nulla de psalteriis, vel de pleno Monachatu, facta mentione, intelligitur

simplex

nplex Monachatus ei tantùm
e conceſſus. Simplex autem Mo-
chatus includit dumtaxat Tri-
narium ſingulare in Conuentu
lebrandum : & Anniuerſarium
rpetuum in Kalendariis ſcriben-
m.

2 Pro quolibet autem habente
enum cum pſalteriis Monacha-
m, debetur pro ſemel Tricena-
im ſingulare in domibus Ordi-
s, vel Prouinciæ in qua habet
onachatum : & Anniuerſarium
rpetuum in Kalēdariis Conuen-
alibus earumdem domorum de-
ibendum, & inſuper à quolibet
terato domorum illarum de-
ntur duo Pſalteria : in quorum
o in fine cuiuſlibet Pſalmi di-
ndo verſum (Requiē æternam)
bet genibus flexis venia ſumi,
erum autem cum prædicto ver-
(Requiem) dicitur : ſed ſine ve-
niis.

niis. Verùm occupati & debiles excuſantur à veniis ſumendis in dicto Pſalterio : dummodo pro veniis, Agendam integram perſoluant ad intentionem eius cui debetur Monachatus.

4 Poſſunt etiam Sacerdotes pro quolibet Pſalterio alicuius Monachatus reddere tres Miſſas, aut pro qualibet quinquagena Pſalmorum cuiuſlibet Pſalterij, vnam Miſſam. Quòd ſi quis vnum dumtaxat Pſalterium reddat in Miſſis, alterum debet reddere cum veniis.

5 Pro faciliori autem expeditione & perſolutione Monachatuum, qui volunt illos, aut partem illorum reddere in Miſſis, poſſunt ipſas Miſſas de Viuis aut Defunctis pro arbitrio dicere, dum tamen pro quolibet Monachatu vna Miſſa dicatur de Defunctis, ſiue prima, ſiue alia, cum prima oratione propria illi

Monachatui, & oratione, In-
ıa in plurali, pro Tricenario
rente cum quatuor aſſuetis, &
:æteris Miſſis, quæ pro illo Mo-
:hatu dicentur de Viuis, dicatur
tio propria pro eo, penultimo
o. Quòd ſi quis volet dicere
eodem Monachatu reliquas
ſſas de (Requiem) vel aliquas
um: poterit illas dicere cum
ı oratione illi Monachatui pro-
ı. Verumtamen laudamus &
m ducimus: vt alias orationes
ſua deuotione adiungat.

Si plures Monachatus ſimul
iant, ſimul ſoluantur, cum ora-
ıe plurali illis congrua: verum-
ıen tot Pſalteria, ſeu Miſſæ di-
tur, quot dici deberent, ſi Mo-
hatus illi ſeparatim dicerentur.
nachatus autem duplex Reue-
do Patri recenter mortuo debi-
, eſt ſeparatim ab aliis perſol-
uendus.

uendus. Si verò triplicem habet Monachatum: tertius eius Monachatus simul persoluetur cum aliis Monachatib. simul occurrentibus.

6 Non literati hoc est Conuersi, & Conuersæ Monialium pro quolibet Monachatu trecentas & triginta orationes Dominicas, & totidem salutationes Angelicas debent: quarum medietatem cum veniis reddunt.

De Breuibus.

CAP. XL.

1 BREVIS officium importat à qualibet persona Ordinis literata, hoc est à Monachis, & Monialibus, vnam Agendam integram in priuato dicendam: & in qualibet domo Ordinis vnam Missam de Defunctis.

2 Quæ

2 Quælibet autem persona Or-
inis quantùm ad Agendam, &
omus quælibet quantùm ad Mis-
m, singulis semper septimanis,
iam Natalis Domini, Paschæ &
entecostes: duos Breues reddere
netur. Verumtamen quodlibet
ricenarium per cartam Capituli
rdinatum, locum Breuis supplet:
a quòd quoties vnum tale Tri-
narium in Conuētu dicitur, cen-
mur dixisse vnum Breuem ex his
ob. qualibet hebdomada debitis.
uòd si plures quàm duo Breues,
mputatis & inclusis Tricenariis,
eadem hebdomada redditi fue-
nt, tot minùs reddentur in hebdo-
ada sequenti, vel sequentibus. Di-
ndo autem sic singulis septima-
s duos Breues, impletur quod
r cartā Capituli generalis singulis
nis iniungitur: scilicet vt reddan-
r centum Breues more solito.

3 Porrò si nullus recenter mortuus denuncietur, duo Breues reddendi per hebdomadam, dicuntur cum prima oratione Inclina famulorum & famularum tuarum: deinde Deus cui proprium, in plurali, pro Tricenariis currentibus cum quatuor assuetis, tam in Agenda, quàm in Missa. Si autem denuncietur obitus vnius recenter Defuncti habentis Breuē, dicitur vnus Breuis cum oratione illi propria, deinde Inclina pro Tricenariis currentibus cum quatuor assuetis. Si verò denuncietur obitus plurium recenter Defunctorum habentium Breuem, redduntur pro illis simul tot Breues quot denunciati sunt: cum prima oratione in plurali illis congrua, & prædictis.

4 Cæterùm peculiaris oratio mortuorū, tam in Breuibus, quàm in Tricenariis inchoandis & in sepulturæ.

pulturæ officio, mutatur pro qualitate personarum. Nam pro vno Sacerdote dicitur (Da nobis Domine) in singulari, & si sit Episcopus, vel Abbas, additur (atque Pontificis, vel Abbatis.) Pro pluribus autem Sacerdotibus, eadem in plurali dicitur, & si omnes fuerint Episcopi, vel Abbates, additur (atque Pontificum, vel Abbatum:) pro Episcopo tamen & Abbate, dicitur Da nobis vt animas famulorum & Sacerdotum tuorum.

5 Pro vno viro non Sacerdote, Deus cui proprium in singulari dicitur: pro pluribus, eadem in plurali. Pro vna fœmina, Quæsumus in singulari, pro pluribus, eadem in plurali. Pro vno Sacerdote, vnóque viro vel pluribus non Sacerdotibus, vel pro pluribus viris, & vna fœmina, vel pro pluribus fœminis, & vno viro, vel pro vno viro

& vna muliere:Inclına famulorum tuorum: pro pluribus autem viris, & pluribus mulieribus, Inclina famulorum & famularum tuarum.

6 Quòd ſi in vna eadémque Agenda vel Miſſa, eadem oratio dicenda veniat, pro diuerſis videlicet perſonis eiuſdem conditionis, præcedens perſona congruam ſibi orationem habebit vt præſcriptum eſt: pro poſteriore autem dicetur (Incliha:) & ſi Sacerdos fuerit, addetur (& Sacerdotis tui.) Quòd ſi primo loco dicendum fuerit Inclina, poſteriori dicetur, Deus cui proprium in plurali.

7 Domus quæ vltra duas dictas diſtant ab inuicem, bis aut ter infra annum ſibi inuicem mittãt Breues recenter apud ſe Defunctorum: aliarum verò domorum ſi Procuratores diutiùs quàm duarum noctium ſpatio Breues retineant, niſi neceſſi

ecessitate cogente, à vino absti-
eant donec miserint.

8 Quando Breuis vnus, vel plu-
es pro recenter Defunctis afferun-
ur, statim ac allati fuerint, in Ec-
lesia, seu in Capitulo publicè per
acristam sic affigantur, vt omni-
us sint conspicui, persoluantúr-
ue à singulis quamprimùm com-
odè fieri poterit. Monachi au-
em seu Nouitij qui persoluere A-
endam, vel Agendas Breuium pro
ecenter Defunctis distulerint, in
mnibus aliis Agendis quas in cel-
s qualibet ex causa dixerint, pro-
riam pro eis dicant orationem
cundo loco, quamdiu moram
cerint in reddendo.

9 Quando vnus vel plures simul
reues veniunt, in proximè sequen-
Capitulo leguntur: & post (De
rofundis) dicitur secundo loco
ratio illis conueniens, idem fiat

pro habentibus Participationem Ordinis.

10 Missæ Breuium numquam diebus duodecim Lectionum redduntur, sed ferialibus diebus, & communiter ab Hebdomadario, vel eius Vicario: exceptis domibus in quibus consuetum est illas dici ab eo cui contingit ex ordine tabulæ. Quando autem simul tot Breues recenter Defunctorum veniunt, quot ab Hebdomadario in eadem hebdomada reddi non possunt, Hebdomadarius & Vicarius eius tot reddunt quot possunt: & quæ supersunt Missæ, diuiduntur per Sacerdotes chori Hebdomadarij, & si opus fuerit, etiam per Sacerdotes chori alterius, singulæ singulis, aut etiam si necesse sit duplicantur, sic vt, si fieri possit, in eadem hebdomada omnes reddantur. Si autem veniant Breues in

n fine hebdomadæ, nec ſuperſit lies ferialis in quo Miſſæ Breuium eddi poſſint, dicuntur in ſequenti ebdomada per Hebdomadarium equentis hebdomadæ.

11 In domibus vbi non ſunt tot Sacerdotes, quot Miſſas pro Breuibus, Tricenariis, vel priuatis, aut liis officiis debitas, reddere ſufficiant, etiam ſi vltra illam in qua lebentur hebdomadam differentur: pro qualibet Miſſa debita, quæ eddi non poterit, dicantur ab aliquo quinquaginta Pſalmi, iuxta liſpoſitionem Prioris, & à Moniaibus, vnum Pſalterium.

De Precibus generalibus, & ſpecialibus.

Cap. XLI.

1 Habemvs inſuper aliud ſuffragiorum genus: quod vocamus Precem generalem vel ſpecialem. Precem generalem, ſeu annualē, quilibet noſtrum tam Monachus quàm Conuerſus Profeſſus, ſemel in anno die profeſſionis ſuæ, ſeu Dominica quæ illum præcedit, facit in Capitulo, rogans & ſupplicans orari pro Prece ſua annuali: pro ſe & pro quibus tenetur, pro qua eodem die quo ipſam petit in Capitulo poſt (De profundis) ante Omnipotens qui viuorum, dicitur: Prætende, in plurali ſemper, ſiue vnus tantùm

poſtu

oſtulet, ſiue plures: & poſtea à
ngulis Monachis Profeſſis & No-
itiis, ac hoſpitibus in eadem do-
no commorantibus, dicitur vnum
Placebo) cum orationibus, Incli-
a famulorum & famularum, Fi-
elium, & Omnipotens qui viuo-
um, & à ſingulis Conuerſis dicitur
er Pater noſter, & Aue Maria. Ve-
umtamen ſi plures eodẽ die orari
ıpplicant pro prece ſua generali,
ro illis omnibus vnicum (Placebo)
ſingulis dicitur.

2 Præterea pro qualibet Prece
enerali Monachorum, dicitur ab
Hebdomadario vna priuatim Miſ-
a cum orationibus Inclina famu-
orum & famularum, Deus cui
roprium in plurali pro Tricena-
is currentibus cum quatuor aſ-
uetis, & Omnipotens qui viuo-
um. Et, ſi plures ſimul rogent
ro Prece ſua annuali, pro vno-

quoque tamen eorum vna Miſſa redditur. Pro Prece autem generali Conuerſorum, nulla Miſſa redditur.

3 Si infra octauas Paſchæ, Pentecoſtes & Natalis Domini vnus, vel plures petant orari pro ſua Prece annuali, dicitur vnum (Placebo) à ſingulis intra illas octauas pro illis: ſed Miſſæ pro eiſdem precibus debitæ ſoluuntur poſt dictas octauas ab Hebdomadario ſequentis hebdomadæ.

De Prece ſpeciali.

4 PRECEM ſpecialem vocamus quam licet vnicuique noſtrũ Monacho profeſſo, non autẽ Conuerſo, in Capitulo facere, ſupplicando orari pro patre, vel matre, fratre, ſorore, filio, filia, auunculo, patruo, amita, matertera, nepote, & nepte, recenter Defunctis. Pro qua prece ſpeciali, eodem die in

Capitu

Capitulo poſt De profundis dicitur ſpecialis oratio poſt Inclina: & à ſingulis noſtrûm, tam Profeſſis quàm Nouitiis dicitur in priuato vnum (Placebo) cum tribus orationibus, prima propria ei, vel illis pro quibus facta eſt ſpecialis ſupplicatio: deinde Fidelium, & Omnipotens qui viuorum. Quòd ſi plures ſimul preces ſpeciales eodem die fiant, pro illis omnibus ad vnicum Placebo ſinguli tenentur, cum oratione in plurali illis congrua: Miſſa autem pro tali prece non debetur.

5 Si die qua Monachus facit Precem generalem in Capitulo, ſimul etiam faciat Precem ſpecialem pro aliquo ſuo parente recenter defuncto, ſinguli tenentur ad vnum Placebo pro Prece generali, & ad aliud pro Prece ſpeciali. Similiter ſi duo Monachi ſimul Precem faciant, vnus generalem, alter ſpecialem

cialem, ſinguli tenentur ad duo Placebo.

6 Pro aliis parentibus, vel amicis ab his qui ſuprà ſunt expreſſi, Monachi per ſeipſos non petunt in Capitulo orari, ſed rogant in priuato Præſidentem vt illos commendet ſpecialiter precibus Conuentus, & in Capitulo in quo illos commendat dicitur pro illis poſt (De profundis) ſpecialis oratio poſt Inclina: nec tenentur ſinguli ad aliam ſpecialem pro eis precem, niſi ex gratia, & charitatis condecentia iuxta vniuſcuiuſque deuotionem.

De quibuſdam officiis Defunctorum generalibus.

Cap. XLII.

1 ALtera poſt omnium Sanctorum ſolennitatem die, quæ ſine feſto duodecim Lectionum occurrit, facimus Commemorationem omnium Defunctorum, cuius officij Veſperas, ſiue (Placebo) poſt Veſperas præcedentis diei feſti ſtatim à toto Conuentu in Choro permanente volumus cum religioſa grauitate, & bonis pauſis decantari: reſiduum verò Agendæ integrum poſt Nocturna ſequentis diei perſoluatur, & Miſſa Conuentualis manè tempore congruo deuotè celebretur. Huius autem officij orationes, tam in

in Agenda quàm in Missa sunt: Fidelium, & pro Tricenariis currentibus Inclina. Quòd si præsens Defunctus eadem die occurrat: dicitur secundo loco propria eius oratio, & postea Inclina.

2 Similiter sequenti post festum Reliquiarum die, quæ sine festo duodecim Lectionum occurrit, post Nocturna dicimus (Dirige) & (Exultabunt:) dehinc manè Prima diei persoluta, Missam præsente Conuentu cantamus: & tam in Agenda quàm in Missa oratio prima dicitur (Deus veniæ largitor) pro Fratribus nostris, hoc est pro omnibus totius Ordinis nostri personis in Christo quiescentibus: secunda, Inclina famulorum & famularum tuarum, pro antecessoribus, seu parentibus nostris Defunctis: tertia (Deus cui proprium in plurali) pro Tricenariis currentibus,

tibus, deinde Deus, qui inter Apostolicos, Omnipotens sempiterne Deus, & Fidelium, & in Missa additur in fine, oratio Omnipotens qui viuorũ, pro nobis ipsis, & Benefactoribus nostris, tam viuis quàm mortuis. (Placebo) autem Agendæ huius officij dicitur præcedenti die ante Completorium ab vnoquoque nostrum in cellis.

3 Vtriusque officij Missa ad Hebdomadarium pertinet, & si in Sabbato occurrat, Missa Beatæ Mariæ in priuato redditur.

4 Cùm Abbas Cluniacensis moritur, Agendam & Missam pro eo soluimus in Conuentu, cùm nouerimus illum esse Defunctum, nec dicitur in ea Omnipotens qui viuorum. Est autem hæc Missa ab Hebdomadario reddenda. Præterea circa festum Beati Lucæ facimus Officium pro Cluniacensibus,

pro

pro Fratribus & Sororibus Simpliciani; pro Abbatia Sancti Vedasti Attrebatensis: & pro cæteris in eodem Officio associatis. Pro eis itaque vnica Agenda dicitur & redditur in Conuentu, sed singuli Sacerdotes professi, singulas reddunt Missas: quarum prima in Conuentu persoluitur à Priore, vel Vicario, vel vtrísque impeditis ab Antiquiore, quod semper obseruatur cùm singuli Sacerdotes pro aliquo officio singulas reddunt Missas: cæteræ autem Missæ, priuatim à cæteris Sacerdotibus persoluuntur. Quicumque autem sit qui Primam Missam eiusdem Officij in Conuentu cantauerit: de illis Missis alteram non cantabit.

5 Orationes huius officij sunt, Inclina Domine famulorum & famularum tuarum, Deus cui proprium, propiciare animabus famulorum

rum & famularum tuarum, &
rtio loco repetitur adhuc oratio
clina in plurali pro Tricenariis
arrentibus cum quatuor cæteris
ſſuetis: & in Miſſa additur in fine
Omnipotens qui viuorum. Pro eo-
.em Officio, Monachi Profeſſi non
elebrãtes, & Moniales dicunt Pſal-
erium vnum, Conuerſi verò tre-
cẽtas triginta orationes Dominicas
& ſalutationes Angelicas: Nouitij
verò nihil pro hoc officio debent.

6 De officio Benefactorum no-
ſtrorum, quod denunciatur in die
ſancti Stephani, & prima die poſt
Circumciſionem vacante redditur:
& de officio Capituli generalis
quod reuerſis à Capitulo Priori-
bus, aut recepta carta in ſingulis
domibus perſolui debet: idem
prorſus obſeruamus quod dictum
eſt in prædicto officio pro Clunia-
cẽſibus: nam ſimiliter pro iſtis offi-

ciis ſinguli Sacerdotes Profeſſi ſingulas reddunt Miſſas cum iiſdem orationibus, excepto quòd ſecundo loco dicitur oratio, Deus cui proprium in plurali pro Tricenariis currentibus, nec repetitur tertio loco Inclina: & profeſſi literati non celebrantes tenentur ad vnum Pſalterium.

7 Porrò officium Capituli generalis, eſt pro noſtris Parentibus, Benefactoribus, charis & familiaribus, Viuis & Defunctis, eíſque qui ad Capitulum acceſſerunt, vel accedentibus charitatem exhibuerunt: & qui ſe orationibus noſtri Ordinis commendauerunt.

Quæ ſuffragia ex ſtatuto debeantur ſingulis perſonis Ordinis, poſtquam diem obierunt.

Cap. XLIII.

1 Reverendvs Pater Cartuſiæ Prior, tanquam Generalis Ordinis noſtri Miniſter, & omnium noſtrum Paſtor, habet poſt obitum duplicem per totum Ordinem plenum cum Pſalteriis Monachatum: & ſi antequã Prior Cartuſiæ inſtitueretur, conceſſus iam ei fuerat Monachatus, tunc habet triplicem Monachatum à ſingulis perſonis totius Ordinis perſoluendum. Habet inſuper Tricenarium vnum ſingulare in qualibet domo ordinis,& Anniuerſarium perpetuum in Kalendariis

riis ſingularum domorum ſub die obitus ſui deſcribendum.

2 Quicumque etiam ex ſpeciali conceſſione R. Patris Cartuſiæ, aut Capituli generalis, habet per totum Ordinem plenum Monachatum, habet ſimiliter in qualibet domo Ordinis Tricenarium ſingulare, & Anniuerſarium perpetuum.

3 Viſitatores qui viſitando moriuntur, cum intra domum aliquam per eos viſitatam, aut viſitandam, aut quam actu viſitant, deceſſerint, ibidem plenum habent Monachatum ab omnibus Monachis, & Conuerſis, Profeſſis, Nouitiis, & Hoſpitibus in eadem domo actu commorantibus, non autem à Profeſſis illius domus alibi hoſpitantibus. Cùm verò non infra dictam domum, ſed in ſuo itinere conſtituti, vel in alia aliqua domo quam nec viſitauerant, nec

viſita

visitaturi erant, obierint, ibi Tricenarium habebunt, vbi contigerit eos sepeliri: sed non Monachatum, nisi aliunde illis deberetur.

4 Priores & Monialium Vicarij, habent plenum cum Psalteriis Monachatum ab omnibus personis Ordinis Professis & Nouitiis domus, vel domorum quibus præfuerunt, siue moriantur in illis, siue extra illas, absoluti à præsidentia earum, dum tamen pro crimine non fuerint absoluti. Et in prædictis domibus habent etiam Tricenarium singulare, & Anniuersarium perpetuum. Ipsi autem tenentur solùm reddere Monachatū pro personis Professis & Nouitiis domus cui actu præsunt, & non domorum quibus aliquando præfuerunt: nisi sint earum professi, vel cum eis associati.

5 Insuper Priores & Monialium

Vicarij, in domibus aſſociatis domui cui actu præſident quando moriuntur, habent plenum Monachatum ab omnibus Monachis Profeſſis dictarum domorum vbicumque fuerint. Non autem à Nouitiis,& Conuerſis. Habent inſuper in prædictis domibus Tricenarium ſingulare, & Anniuerſarium perpetuum. Ipſi verò Priores,ſi non ſint profeſſi domorum quibus præſident, pro perſonis profeſſis domorum eiſdem aſſociatarum, non niſi ad duas Miſſas tenentur, niſi aliunde tenerentur. In domibus autem aſſociatis domibus quib. aliquando præfuerunt, & à quibus antequàm morerentur abſoluti fuerũt, habent dumtaxat Breuem: niſi aliunde deberetur eis aliud beneficium. Et ipſi ſimiliter tenentur ad ſolum Breuem pro perſonis dictarum domorum.

6 Prætcrea Priores & Vicarij
.onialium diem claudentes in eiſ-
:em officiis, non amittunt aſſo-
.ationes domus ſuæ profeſſionis:
: ipſi viceuerſa tenentur pro aſſo-
iatis eiſdem.

7 Quilibet Monachus profeſ-
us, vbicumque, ſub obedientia
amen Ordinis, mori & ſepeliri
:um contigerit, habet plenum Mo-
nachatum ab omnibus & ſingulis
Monachis, & Conuerſis tam pro-
feſſis, quàm Nouitiis domus ſuæ
profeſſionis, & ab omnibus Mona-
chis profeſſis domorum aſſociata-
rum domui ſuæ profeſſionis, vbi-
cumque fuerint: etiamſi extra illas
domos hoſpites, vel Priores alibi
manſerint. Habet inſuper in domo
ſuæ profeſſionis, & domibus eidem
aſſociatis Tricenarium ſingulare,
in eiſdem conuentualiter celebran-
dum ſtatim poſtquam denunciatus

est obitus eius, die opportuno, & Anniuersarium perpetuum in Kalendariis dictarum domorum describendum.

8 Quilibet Conuersus tam professus quàm Nouitius vbicumque moriatur, sub obedientia tamen Ordinis, habet Monachatum plenum ab omnibus Monachis & Conuersis tam professis, quàm Nouitiis domus suæ professionis vbicumque fuerint: & insuper in eadem domo suæ professionis habet Tricenarium singulare, & Anniuersarium perpetuum. In domibus autem eidem associatis, habet Breuem dumtaxat: nisi in associatione aliud expressum fuerit.

9 Quilibet Nouitius Monachus habet Monachatum plenum ab omnibus Monachis, & Conuersis tam Professis quàm Nouitiis domus in qua moritur Nouitius, vbicumque

umque illi fuerint: & etiam ab
oſpitibus in eadem domo com-
orantibus. Habet inſuper ibidem
ricenarium ſingulare & Anniuer-
rium perpetuum. In domibus
tem eidem domui aſſociatis ha-
t Breuem dumtaxat, niſi aliter in
ociatione fuerit expreſſum: ipſi
rò Nouitij tenentur ad Mona-
atum dumtaxat pro Monachis &
onuerſis, in ea domo cuius ſunt
oitij commorantibus, & mo-
ntibus, & pro Profeſſis eiuſdem
mus vel his qui in ea aliquando
efuerunt, vbicumque eos obire
ntigerit. Ad Monachatus autem
i per R. Patrem Cartuſiæ, aut
cartam Capituli generalis cer-
perſonis Ordinis noſtri, vel ex-
neis conceduntur, non tenen-
: nec pro Profeſſis domorum
ociatarum. Pro Reuerendo ta-
n Patre Cartuſiæ recenter mor-
 tuo

tuo tenentur ad duplicem Monachatum, non ad tertium, si quem antè habuerit.

10 Pro Tricenariis etiam, & aliis officiis in carta Capituli, aut in Kalendariis domorum Ordinis descriptis non tenentur Nouitij dicere viginti aut quinquaginta Psalmos, vel Psalterium, nec septem Psalmos pœnitentiales pro qualibet Missa de Beata Maria per cartam Capituli aut R.P. certis personis concessa.

11 Tenentur etiam Nouitij reddere centum Breues singulis annis, more priùs descripto, cap. 40. n. 2. & seq. Ex quibus vnus eis remittitur & deducitur, quoties Tricenarium aliquod cartæ Capituli generalis in Conuentu inchoatur: licèt non dicant pro eo viginti Psalmos. Dicunt etiam pro Prece generali Monachorum, & Conuersorum, & pro prece speciali Monachorum vnum

num Placebo,more suprà declara-
, cap.41.n.1.& 4.
12 Quælibet Monialis & Con-
ersa Monialiũ tam professa quàm
ouitia, habet plenum Monacha-
um ab omnibus personis Ordinis
n eadem domo commorantibus:
tque ibidem Tricenarium singu-
are, & Anniuersarium perpetuum.
Monialis autem professa habet etiã
Monachatum, Tricenarium, &
Anniuersarium in domibus asso-
ciatis domui, cuius est professa.
13 Hospites morientes in domi-
bus in quibus ad mandatum Ordi-
nis hospitantur, si ibi pacificè, lau-
dabiliter, & honestè vixerint, aliàs
non, habent in domo in qua mo-
riuntur Tricenarium, & Anniuer-
sarium perpetuum,& plenum Mo-
nachatum ab omnibus Monachis,
Conuersis, Professis, Nouitiis, &
Hospitibus in eadem domo actu
com

commorantibus: à Professis autem eiusdem domus extra illam hospitantibus non habēt Monachatum, sed Breuem tantùm, sicut & in domibus associatis illi domui, nisi aliunde eis deberetur aliud beneficium spirituale. Et ipsi hospites viceuersa tenentur ad Monachatum pro personis in domo, in qua hospitantur, manentibus: pro aliis autem Professis eiusdem domus extra illam habitantibus, & pro Professis domorum eidem associatarum ad Breuem tantùm tenentur, nisi aliunde ad aliud obligentur. Cæteræ verò personæ Ordinis, quæ in itinere per obedientiam Ordinis constitutæ extra domos Ordinis obierint, aut etiam in aliqua domo Ordinis, cuius nec professi, nec hospites residentes erant, sed ad eam pro certa tantùm causa ad tempus conuenerant, decesserint:

it: ibi Agendam,& Missam Con-
ntualem cum reliquo sepulturæ
ficio habent, vbi contigerit eos
peliri; sed non Tricenarium, ne-
ie Anniuersarium, nisi ex gratia
is concedatur, aut aliunde de-
atur.

14 Si quis Prior, vel alia persona
rdinis cum Priore veniens ad
apitulum generale, eundo, vel re-
undo, aut ipso Capitulo sedente,
bierit, præter communẽ Breuem,
que alia sibi debita suffragia, vnã
abebit Agendam ab vnaquaque
ersona Ordinis nostri persoluen-
am. Simile beneficium habebit
ui per Capitulum generale, vel
. P. pro negotiis, aut vtilitate Or-
nis fuerit ad loca remota trans-
ussus, si ibidem vel eundo, aut
deundo decesserit: nisi contra
oluntatem R. P. ante tempus in-
e redierit, tunc enim si redeundo
moria

moriatur, priuatur tali beneficio. Quid pro Donatis, & Mercenariis debeatur, dictum est in officio sepulturæ, cap.34. n.41. 42.& 43.

15 Omnes Monachi, Moniales, & Conuersi, tam Professi quàm Nouitij, & etiam Donati habēt per totum Ordinem Breuem Ordinis, qui modo suprascripto, cap.40.n.1. & seq. in singulis domibus,& à singulis personis persoluitur, quando obitus eorum super annum denunciatur: aut si non denunciatur, includitur in centum Breuibus, qui per cartam sequentis Capituli generalis iniunguntur.

16 Verumtamen quisquis in quacumque domo habet Tricenarium singulare, in ea Breuem non habet. Vnde pro habentibus Monachatum per totum Ordinem, quando denunciatur obitus eorum, non redditur Breuis, quoniam per cartam

tam sequentis Capituli habituri sunt in qualibet domo Ordinis Tricenarium singulare. Et in quacumque domo quis moritur & sepelitur, præter Agendam,& Missam quæ in officio sepulturæ eius dicitur, non habet ibidem alium Breuem.

17 Si aliqua persona Ordinis habet per totum Ordinem, vel per aliquam Prouinciam Tricenarium singulare, vel plenum Monachatum, domus tamen suæ professionis,& eidem associatæ,aut suæ præsidentiæ, si quibus præfuerit, non tenebuntur pro eo ad duplex officium: sed dumtaxat ad vnicum Tricenarium, aut vnicum Monachatum. Verumtamen præter Tricenarium quod quilibet habet in domo in qua moritur,& sepelitur, cuius Agenda & Missa in officio sepulturæ dicuntur, pro his qui habent

habent ex ſpeciali conceſſione R. P. vel Capituli generalis Monachatum plenum per totum Ordinem, dicitur aliud Tricenarium, poſt receptam cartam Capituli, in qua illud ordinatur fieri ſuo loco, & ordine.

18 Quandocumque denunciatur ſuper annum obitus alicuius habentis ex ſpeciali conceſſione R. P. vel Capituli generalis Monachatum plenum per totum Ordinem, Monachatus quidem eius ſtatim perſoluitur à ſingulis, ſed Tricenarium huic annexum non perſoluitur ante receptam cartam Capituli generalis, in qua deſcribitur & ordinatur dici ſuo loco.

19 In domo tamen profeſſionis illius, & aſſociatis eidem, ac in domibus ſuæ præſidentiæ, ſi quibus præfuerit, perſoluitur pro eo Tricenarium prima die vacante poſt-

quam

quam eius obitus est denunciatus.

20 Præter suffragia prædicta, omnes personæ Ordinis, quarum obitus denunciatur Capitulo generali, habent per cartam eiusdem Capituli Tricenarium vnum commune, vel singulare, provt in carta ordinatur. Et licèt Donatis tale Tricenarium non debeatur, ex gratia tamen illis conceditur,

21 Pro qualibet Missa de beata Maria & aliis, singulis celebrantibus per cartam Capituli generalis iniunctis, Monachi professi non celebrantes, dicere tenentur septem Psalmos pœnitentiales simul cum Litaniis, & pro quolibet Tricenario per eamdem cartam iniuncto, viginti Psalmos.

22 Pro Defunctis in proprietate, postquam crimẽ eorum detectum & legitimè probatum fuerit, ad nullum tenemur officium. Qui au-

tem recōciliatus eſt Ordini,etiamſi antequam reconciliaretur fuerit criminoſus, vel etiamſi adhuc criminoſorum pœnæ ſubiaceat, non priuatur beneficio Ordinis, ſibi aliàs debito, vbicumque obierit, ſub obedientia tamen Ordinis.

23 Priores ſolicitè mittant, aut portent ad Capitulum nomina, & cognomina perſonarum Ordinis apud eos defunctarum, exprimendo ſi ſint Sacerdotes aut non, & cuius domus fuerint Profeſſi, & ſi fuerint Priores, Rectores, aut Vicarij Monialium alicuius domus, vel aliquarum. Quòd ſi qui per totum Ordinem habeant Monachatum,aut Anniuerſarium perpetuum, præter prædicta, exprimant etiam Priores diem obitus eorum: vt poſſit in Kalendariis domorum Ordinis Anniuerſarium eorum deſcribi. Aliàs Priores qui hoc facere

-e neglexerint, pro qualibet omiſ-
ſione ſex Miſſas Defunctorum red-
dant, pro eis, quorum beneficia re-
ardauerunt.

24 Quia ex conceſſione perpe-
uorum beneficiorum ſpiritualium
Ordo noſter eſt nimium grauatus,
omnibus perſonis Ordinis firmiter
ohibemus, ne vllo modo, vel co-
ore, per ſe vel per alium, directè,
el indirectè, verbis, factis, vel li-
eris, aliquam perſonam cuiuſcum-
ue gradus, conditionis vel quali-
atis exiſtat, inducant, vel induci
ciant ad petendum à toto Ordi-
e Monachatum, Tricenarium, An-
uerſarium, ſeu quodlibet aliud
eneficium perpetuum: præter ge-
eralem recommendationem quæ
ecibus Ordinis fieri conſueuit.
ui contrarium fecerit, puniatur
Capitulo generali, vel Viſitatori-
us, tam diſtrictè, quòd cæteri talia

facere pertimeſcant. Et Capitulum ſiue R. Pater de cætero talia extraneis beneficia non concedat: niſi forſan perſonis tantis & talibus, quibus totus Ordo eſſet euidentiſſimè & in æternum obligatus.

25 Nulla etiam perſona Ordinis non requiſita, participationes per totum Ordinem pro his qui de Ordine noſtro non ſunt impetret: vel ſolicitet vt petantur. Qui contrà fecerit, ſi inferior Priore fuerit, tres abſtinentias faciat: Prior verò quinquaginta Pſalmos dicat.

26 Nec Monachatus,nec Tricenarium perpetuum, nec Anniuerſarium Conuentuale, vel priuatum perpetuum vlli perſonæ quæ de Ordine noſtro non ſit conferatur: abſque licentia R. P. vel Capituli generalis. Nec Prior ſine conſenſu Conuentus,nec Conuentus ſine licentia Prioris, talia cuiquam beneficia

eficia procurent.

27 Participationem verò in sua omo non per totum Ordinem, & lia beneficia non perpetua, qualia unt Tricenarium, aut Anniuersaum pro semel, vel associatio Tricenarij, vel aliquod officium pro Defunctis pro semel persoluenum, Prior cum suo Conuentu, nicis & benefactoribus impertiri sua domo valeant, si & quando erint requisiti. Verumtamē nul- modo pro temporalibus ad spirtualia se obligent, nisi quantum citè fieri poterit de consilio periorum, absque vitio Simoniæ.

28 Associationes seu societates cclesiarum nostrarum cum alterus Ordinis Ecclesiis, sine consen- Capituli generalis nullatenus nt. Verumtamen quoties aliqui nos veniunt postulantes suffraum orationum nostrarum pro

ſe, vel ſuis viuis aut defunctis, pro ipſis dicimus aliquam precem ſpecialem, provt Præſidens ordinauerit, vel cuiuſque deuotio & charitas ſuaſerit.

29 Pro habentibus beneficia Ordinis, Monachatum videlicet, vel Tricenarium, aut Anniuerſarium, vel Miſſam aliquam, ſeu aliquod aliud beneficiũ per literas, ſibi ſuper hoc conceſſas, nihil fiet, aut faciendum in Capitulo generali ordinabitur, niſi mittantur literæ originales ipſorum beneficiorum: aut niſi de veritate ipſarum certò conſtiterit R.P. & Diffinitoribus Capituli.

30 Si is cui aliquod beneficium ſpirituale, ab Ordine conceſſum eſt, aliud impetrare voluerit, de primo tenebitur facere mentionem: alioquin per conceſſionem ſecundi, primum, de quo tacitum eſt, cenſetur reuocatum, ita quòd non

non ad primum, ſed ad ſecundum dumtaxat tenebimur.

Sequuntur particulares obſeruationes ſuis quibuſque temporibus per anni circulum propriæ, & accommodatæ. Et primò de Aduentu Domini, & feſtis in eo occurrentibus, ieiuniíſque Temporalibus.

Cap. XLIV.

1 DOminica quæ feſto ſancti Andreæ magis propinqua eſt, Aduentus Domini celebretur. Cùm verò idem feſtum accidit in Dominica: ibidem celebretur Aduentus.

2 Per totum Aduentum Hymno ad Veſperas (Conditor) exceptis

duodecim Lectionum festis, vtimur, propriísque Capitulis, versiculis, & Orationibus, communésque Commemorationes de Cruce, & de Domina intermittimus, vt priùs declaratum est, cap. 12. num. 2. & pro commemoratione De omnibus Sanctis, dicitur oratio Conscientias nostras.

3 Singulæ huius temporis Dominicæ, propriis Responsoriis, & Antiphonis ad Matutinas & Laudes decorantur. Sed & singulis diebus semper ad Magnificat & Benedictus proprias de Aduentu Antiphonas dicimus, nisi festum occurrat, quo occurrente, etiamsi solenne fuerit, fit semper commemoratio de Aduētu in Vesperis & Laudibus, sed nō in Missis, exceptis Dominicis & Ieiuniis Temporalibus.

4 In hoc etiam tempore, tam diebus Dominicis, quàm aliis duodecim

ecim Lectionum festis, dicitur ad
rimam, Capitulum (Domine mi-
erere.)

5 De tribus Orationibus quæ per
duētum ad Laudes & Horas su-
uuntur, (Excita Domine poten-
am) diebus Dominicis ad Sextam,
eriis secunda & quinta ad Laudes,
iebúsque singulis super hebdoma-
am, nisi festum occurrat ad Ter-
am, dicitur. (Prope esto) Domi-
icis diebus ad Nonam, feria tertia
sexta ad Laudes: & quotidie ad
extam. (Preces populi) feria quar-
& Sabbato ad Laudes, & quoti-
ie ad Nonam. Excipiuntur ieiu-
ia Temporalia, quæ ad Laudes
abent Orationem propriam.

6 Sexto decimo Kalendas Ian-
arij, antiphonas proprias ad Lau-
es, & in Vesperis antiphonam (O
pientia) incipimus: aliis antipho-
is quæ ad Benedictus & Magnifi-

Gg 5 cat

cat alioqui erant dicendæ, cessantibus. Verùm si Dominica fuerit, ad Laudes quidem dicentur antiphonæ propriæ illius Dominicæ, sed in Vesperis omittetur antiphona Dominicalis (Qui post me venit) & dicetur (O sapientia) absque vlla Dominicali commemoratione.

7 Quodcumque festum duodecim Lectionum occurrat in aliqua Dominica Aduentus, transfertur ad diem primò vacantem.

8 Ieiunia huius temporis Temporalia semper in tertia hebdomada celebrentur, quorum feria quarta Missam habet cum lectione quã vltimus legit, nisi Epistolam, aut Euangelium sit cantaturus. Prima oratio Lectionem præcedens habet ante se (Dominus vobiscum) non tamen secunda, quamuis vtrãque sua sequatur conclusio, & secũdam præcedat pariter (Oremus.)

9 Hæc

9 Hæc autem Miſſa ſicut feriæ ſextæ proximè ſequentis manè celebranda venit cum collectis poſt ſecundam orationem, ſeu commemorationem occurrentem, Concede, Omnipotens Chriſtiani, Deus largitor, Eccleſiæ, Deus à quo. Si tamen feſtum duodecim Lectionum, vel præſens mortuus occurrat, vnica Miſſa in Conuentu dicatur, ſcilicet de Feſto, vel recenter Defuncto, Miſsáque ieiunij in priuato per Vicarium Hebdomadarij reddatur in domibus vbi adeſt copia Sacerdotum. Horum ieiuniorum orationes ad ſolas Laudes, & Miſſas dicuntur.

10 In Sabbato huius tertiæ hebdomadis, duæ redduntur Miſſæ Conuentuales. Prima manè dicenda de Genitrice Dei, aut feſto duodecim Lectionum, ſi contingat, in qua Collectæ, (tam Eccleſiæ, quàm Deus

Deus à quo) cum cæteris ordinariis dicantur, vt Missa ieiunij suis tantùm sit contenta, cùm commemoratione occurrentis festi, nisi Præsidens aliquid addat. Defuncto tamen præsente absque duodecim Lectionum festo, vtraque collecta (Ecclesiæ scilicet,) &(Deus à quo) dicatur in Missa ieiunij: cum tunc Missa de Beata priuatim celebretur.

11 Hanc Temporalis ieiunij Missam cum quinque Lectionibus præter Epistolam cantamus, quarum priores quatuor, legant iuniores in Ordine, qui nec hebdomadarij Sacerdotis, nec Diaconi, nec Subdiaconi officium agunt, eorum autem absentia per alios suppleatur, quemadmodum suprà declaratum est de lectionum Matutinarum Lectoribus, cap.16. nu.3. Primus verò in Missa Lector, sub vltimo Kyrie eleison, deposita sede ad

Lecto

Lectorium vadit: Alij circa fines Responsoriorum, curantes singuli vt ibidem sint, antequam Sacerdos incipiat (Oremus.) Quòd si nullus fuerit simplex Subdiaconus, & Procurator absit, penultimus in Ordine ad Sacerdotium promotus, secunda Lectione relicta Epistolam cantet, nisi adsit præter Missæ seruitorem, Diaconus aliquis, qui Subdiaconi officium faciat. Ad vltimum namque semper illa prima pertinet lectio, si proprius Subdiaconus, Diaconus, vel Hebdomadarius Sacerdos non sit.

12 Quinta lectio Prioris est, aut eo absente Vicarij, licet manè Prior in Conuentu celebrauerit, aut Vicarius tunc seruierit. Sed si Vicarius Missam de ieiunio celebret, vel ad eam seruiat, Antiquior lectionem illam in Prioris absentia legat. Ante singularum Lectionum col-

lectas

lectas (Oremus) dicitur, differendo Dominus vobiscum, vsque ad orationem, quæ continuò postremam sequitur Lectionem. In aliis autem Missis, præterquam Defunctorum: commemoratio ieiunij, tam Sabbato, quàm feria quarta per primam fiat Collectam Missæ ipsius ieiunij. Eodem denique Sabbato, pulsanda erit campana, sicut antea de vigiliis traditum est, cap. 23. num. 22. & 26. Deinde Sexta, Missa, & Nona continuò celebrentur. Quòd si festum Capituli occurrat, tam Horæ, quàm Missæ sunt eodem ritu peragendæ quo suprà est declaratum, cap. 23. num. 27.

De vigilia Natalis Domini.

13 IN Vigilia Natiuitatis Domini extra Dominicam occurrente, qui ad Missam vigiliæ facturus est officium Diaconi, legit in Matutinis

nis homiliam: qui si secundam lectionem ex ordine tabulæ lecturus erat, is qui primam legere debuerat, legit in hoc solo casu secundam. Aliàs enim secundam legit: cui ex ordine tabulæ secunda contingit. Porrò tertiam lectionem legit Prior, & eo absente Vicarius: etiamsi ad Missam seruire debeat. Sed tunc prima lectio ab eo legetur, qui post Vicarium in choro suo sequitur: Diaconi officium pro eo si absens esset facturus. Si autem prædicta vigilia in Dominica occurrerit, legit homiliam is cui ex ordine contingit: sicut fieri solet aliis duodecim lectionum festis.

14 In hac Vigilia, finitis Nocturnis more solito (Exultabunt) dicitur, cum pulsu ad Laudes: quas solenniter cantamus cum Psalmis festiualibus, ad quos non sedemus: quibus

quibus etiam quotidie vtimur vſque ad octauam Epiphaniæ diem incluſiuè.

15 Si nulla occurrat hoc die alia Conuentualis Miſſa quàm Anniuerſarij, ſola Vigiliæ Miſſa in Conuentu celebretur, cum (Eccleſiæ & Deus à quo) ex communibus Collectis. Reliqua namque ſolita ſuffragia, in Conuentu, tam in hac vigilia, quàm per totas octauas omittuntur. Quòd ſi in hac vigilia præſens mortuus occurrerit, vel Sabbatum, aut feſtum duodecim Lectionum, duæ Conuentuales erunt Miſſæ: & prima ſi de viuis fuerit, conſuetas habebit orationes, in qua (tam Eccleſiæ) quàm (Deus à quo) ſumantur, vt Miſſa vigiliæ cum ſua tantùm Collecta & Cōmemoratione, ſi occurrat, reddatur. In Miſſis tamen de Domina priuatim per octauas dicendis: collectæ

collectæ more ſolito dicantur.

16 In hac Vigilia, Horarum canonicarum Hymni ſolenniter cantantur, oratio ad Sextam (Excita potentiam:) ad Nonam verò (Propè eſto:) Kyrie eleiſon in Miſſa Dominicale dicitur. Lectio cum Epiſtola coniunctim ab ipſo Subdiacono cantatur: diuerſo tamen tono. Thus non adoletur, niſi fuerit Dominica. Præfatio communis eſt, per Canonem ſtamus: Pax datur.

17 Cùm autem Vigilia hæc die Dominico occurrerit, in Matutinis officium fit de Dominica vſque ad verſiculum, qui dicitur poſt tertium Nocturnum ante lectionem Euangelicam, ſcilicet (Hodie ſcietis.) Et legitur homilia Vigiliæ, de qua tunc fiunt quatuor lectiones, cātantúrque ipſius Vigiliæ Reſponſoria, cum vltimo (Saluatorem.)

ex Aduentu. Totúmque deinceps officiũ de Vigilia fit, cum commemoratione de Dominica ad Matutinas Laudes,& Miſſam tantùm, in qua tunc Alleluia (Excita Domine potentiam) cantamus. Et à Vicario Hebdomadarij dicatur Miſſa Dominicæ in priuato; ſi adſit copia Sacerdotum.

18 Hoc etiam die cùm poſt Primam audimus in Capitulo à lectore Martyrologij pronunciari (Ieſus Chriſtus Filius Dei in Bethleem Iudæ naſcitur,) in noſtras ſtatim facies ruentes terram oſculamur: quod ſimiliter facit Lector Martyrologij, vbi illud pronunciauerit.

19 Item quando hæc Vigilia die Dominico occurrit: poſt Nonam fratribus Laicis Capitulum tenetur: Aliàs poſt Veſperas, nec tunc diſciplinantur pro culpa ſilentij: ſed arbitrio Præſidentis aliquid eis

iniun

iniungitur pro disciplinis.

20 Ab hac Vigilia inclusiuè vsque ad Vigiliam Epiphaniæ exclusiuè, exceptis duodecim lectionum festis, dicitur Hymnus ad Vesperas (Venit Redemptor) & fit diuisio ad Matutinas ante versum (Egressus eius à Patre :) ac per idem temporis spatium in omnibus Diuini Officij Hymnis vltimus versus est (Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine.)

21 A principio insuper Vesperarum huius Vigiliæ, portę chori pręsente Conuentu apertæ maneant, vsque ad Vesperas diei sequentis finitas. Altare quoque paratum sit per totas Octauas.

De Natiuitate Domini, & ipsius Octauis, atque reliquo tempore interiecto ad Apparitionem vsque.

Cap. XLV.

1 IN hac sanctissima Natiuitate, totius diei officium Prioris est. Ad quatuor posteriores homiliarum lectiones, totidem benedictiones dentur propriæ, scilicet, Diuini verbi, Euangelica doctrina, Euangelica lectio sit nobis salus & protectio, Sectatores sancti Euangelij faciat nos misericordia Christi.

2 Primam Missam inter Nocturna, & Laudes celeberrimam facimus in ipso noctis medio, cum vna tantùm Oratione, in qua Kyrie eleison

eleison, Gloria in Excelsis, Credo, Sanctus, & Agnus Dei solenniter sunt cantanda: thus adoletur, Pax datur. Lectio & Epistola simul hoc die dicuntur, sicut de Missa vigiliæ traditum est, cap.44. num.16. Præfatio, & Communicantes propria sunt. Cantátque hanc Missam Vicarius, nisi absente Priore tertia Missa ei eueniat, aut Hebdomadarius sit: ac ideò secundam Missam celebraturus. His autem contingentibus, Antiquior primam Missam celebrat, nisi fuerit Hebdomadarius: tunc enim secunda erit eius, & Missa noctis ad secundum in ordine deuoluetur.

3 Celebraturus primam Missam, egreditur ad se præparandum simul cum Diacono: dum homiliæ leguntur. Si tamen Sacerdos, vel Diaconus homiliam legere debeat, eam non dimittit: sed antè, vel

pôst egreditur ad præparandum se.

4 (Te Deum laudamus) inchoato, Diacono præcedente cum lucerna, Sacerdos facta ad gradum Altaris oratione, Vestiarium ingreditur: ibíque indutus etiam casula, sic tempestiuè egreditur cum ministro, vt post Altaris præparationem, antequam Euangelium inchoetur, vterque sit ad sedem suam reuersus. Et stans ipse Sacerdos ad cathedram, sacrosanctum illud Euangelium audit: nec offertur ei liber ad osculandum, sed oratione post Euangelium dicta, tendit ad Confessionis locum, & mox incipit (Pone Domine custodiam:) Priore, qui Euangelium legit deposita prius stola, sub Altaris gradu in penultima sede chori sinistri ad Confessionem inclinato.

5 Ad hanc primam Missam seruit Vicarius Diaconi hebdomadarij,

rij, & ſequens ad ſecundam: & ipſe Diaconus hebdomadarius ad tertiam. Si autem vnicus ſit Diaconus, ſeruit ad maiorem Miſſam: & vltimus Sacerdos ad Miſſam primam: penultimus verò ad ſecundam: niſi aliquis eorum ſit Sacerdos hebdomadarius. Si duo ſunt Diaconi, Hebdomadarius ſeruit ad tertiã Miſſam, alter ad primã: &ad ſecundam vltimus Sacerdos, niſi ſit hebdomadarius Sacerdos, quia tũc penultimus locum eius ſupplebit.

6 Si tres ſint Subdiaconi, dicant Epiſtolas ad tres Miſſas, iuxta prædictum ordinem, numer. 5. Si duo tantùm, Procurator Epiſtolam in aurora cantet: ſi vnicus exiſtat Subdiaconus, ad eum pertinebit Epiſtola Miſſæ tertiæ, ad Procuratorem verò primæ, & ad vltimum Sacerdotem ſecundæ, niſi ſit Hebdomadarius, vel alicuius Miſſę Dia-

conum acturus. Si nullus habeatur ſimplex Subdiaconus, Epiſtola tertiæ Miſſæ Procuratoris eſt: verùm in Miſſa noctis Subdiaconum aget Sacerdos vltimus, & penultimus in Miſſa auroræ, niſi quis eorũ vnam ex illis tribus Miſſis celebraturus fuerit, aut in earum aliqua ſeruiturus. In hac autem noctis Miſſa communicat Diaconus. Vbi autem non ſunt tres Sacerdotes, poteſt vnus duas Miſſas in Conuentu celebrare: vel etiam tres, ſi neceſſitas vrgeat, modò abſtineat à ſumptione ablutionis vſque ad vltimam Miſſam.

7 Poſt primam Miſſam finitam, Prior ſtatim Laudes incipit. Et manè pulſatur ad ſecundam Miſſam, quæ præſente toto Conuentu dicitur in ipſo diluculo, in eáque communicato Diacono, fratres Conuerſi, & Donati communicant, &

Kyrie

Kyrie eleiſon, ac Gloria in excelſis Dominicalia dicuntur, duæ tantùm candelæ accenduntur, fit commemoratio de ſancta Anaſtaſia cum orationibus (Eccleſiæ, & Deus à quo:) Præfatio & Communicantes propria dicuntur, Pax datur, & incenſum adoletur: quod non fit in prima Miſſa Paſchæ, & Pentecoſtes, & hæc Miſſa eſt Sacerdotis hebdomadarij, in qua etiam famulos qui nobiſcum reſident communicare poſſumus: & vinum Procurator miniſtrat communicatis.

8 Dum (Agnus Dei) ſecundò dicitur, pulſus pro Prima cantanda fit: quam Prior, finita Miſſa ſtatim inchoat. In Capitulo legitur (Populus qui ambulabat in tenebris) ſine titulo cum (Tu autem) loco Lectionis Apoſtolicæ. Preces conſuetæ non dicuntur, & culpæ ſimul omnium nomine à Vicario

recognoſcuntur, aut in eius abſentia ab Antiquiore, facto priùs ſermone à Priore, vel eo cui Prior iniunxerit.

9 Tertia Miſſa per Priorem celebratur cum Oratione dumtaxat propria, eadémque in omnibus celebritate quæ ſuperiùs, num. 2. de Miſſa noctis declaratur: in qua communicat totus Conuentus, vinúmque miniſtrat Antiquior ex his qui antè communicauerunt.

10 Ad Veſperas huius diei commemoratio tantùm de ſancto Stephano fit: & ſimiliter in ſecundis Veſperis ſancti Stephani de ſancto Ioanne, in ipſiúſque Euangeliſtæ ſecundis Veſperis de ſanctis Innocentibus, & eorum die, de ſancto Thoma.

11 Sequentes tres dies poſt Natalem Domini cum candelis celebramus, & Hymnos etiam in feſtis

occurren

occurrentib. ſolenniter cantamus: tamen, niſi Dominica fuerit, non communicat Diaconus. Fit etiam tribus his diebus, & in feſto ſancti Thomæ, commemoratio de Natiuitate ad Laudes, Miſſam, & Veſperas, & in Miſſis de viuis priùs fit commemoratio de feſto, quàm de Natiuitate.

12 Quando Dominica occurrit ipſo Natali die, aut in aliquo ex quatuor ſequentibus: nulla prorſus de ipſa ſumitur commemoratio ad Laudes, Veſperas, & Miſſam.

13 Per præſentes octauas (Præfatio) & (Communicantes) propria ſunt Natiuitatis, quoties de ipſa celebratur: præterquam in Dominica poſt ſancti Thomæ feſtum occurrente.

14 Per priores tres dies, poſt Nonam Conuerſis debent prędicare, quibus Præſidens id iniunxerit.

15 In

15 In festo sancti Stephani, benedictio (Diuini verbi) ad homiliam datur, & in Capitulo lector Martyrologij dicto (Tu autem) addit hæc verba (Commemoratio Benefactorum nostrorum:) Pro quibus præter ordinarias Capituli preces per totum annum, peculiare insuper officiũ fit, vt suprà dictum est, cap.38. num.4.

16 In festo sancti Ioannis, tam in Monachorum, quàm Conuersorum Capitulo, leguntur eis quæ ad eos pertinent de carta Visitatorum.

17 Tribus diebus post festum Innocentum, Missa Conuentualis manè celebratur, Sextam in Ecclesia dicimus, qua dicta Refectorium intramus. Post prandium statim Nonam diei subiungimus, ad quam pulsat Nouitius, dum gratiæ dicuntur: quibus finitis, non præmisso Pater noster (Deus in adiutorium) incipi

incipitur, ad quod omnes quidem ſtamus: ſed antea, nec ſignamus nos, nec inclinamus. Dicta Nona diei cellas repetimus, dicturi Nonam de Domina. Si autem illis diebus ſit feſtum Capituli, tunc differtur Hora canonica donec à Lectore pulſetur, & poſt Nonam colloquium habetur.

18 Duobus diebus poſt feſtum ſancti Thomæ, niſi Dominica occurrat, cantatur ab Hebdomadario Miſſa de Natiuitate cum Gloria in excelſis: in qua pax ſumitur, ſed incenſum non adoletur, & dicuntur orationes (Eccleſiæ) & (Deus à quo) dumtaxat.

19 De ſancto Sylueſtro fit commemoratio tantùm ad Veſperas, Laudes, & Miſſam: ſed vita illius legi poterit in Refectorio ad vtramque cœnam, & prandium.

20 Dominica quæ poſt feſtum beati

beati Thomæ infrà octauas occurrit, Homiliam cum suis lectionibus vltimis, & Euangeliũ & orationem (quæ post Euangelium & post Laudes, atque ad Tertiam, & Vesperas dicitur) habet Dominicalia: Cætera sunt de Natiuitate. In Sabbato hanc Dominicam præcedente, si sit festum sancti Thomæ, Vesperæ vsque ad Capitulum sunt de sancto: at reliqua de Natiuitate Domini, cum commemoratione primùm de sancto Thoma, & postea de Dominica. Quando autem in Sabbato prædicto non occurrit festum sancti Thomæ, totum Vesperarum officium, fit de Natiuitate cum sola cõmemoratione de Dominica. In Matutinis autem priores octo lectiones sunt de sermone beati Leonis: & ad Laudes, Missam, & Vesperas huius Dominicæ, fit commemoratio de Natiuitate Domini.

Et in

Et in Miſſa huius Dominicæ, Præfatio & Communicantes communia dicuntur, in aliis autem Miſſis de viuis, priùs fit commemoratio de Dominica, quàm de Natiuitate.

De Circumciſione Domini.

21 Circumciſionem Domini ſolēniter celebramus, in cuius Miſſa non fit commemoratio de Natiuitate, ſed ipſius Natiuitatis Præfatio, & Communicantes dicuntur, & in ſecundis huius ſolennitatis Veſperis fit commemoratio de ſancto Stephano.

22 Dominica in hac ſolennitate contingens, ſolam habet commemorationem in vtriſque Veſperis, Laudibus, & Miſſa. Primo tamen die poſt Circumciſionem vacante, Miſſa Dominicalis cantetur: & ſi alius dies non vacet, poteſt in Conuentu reddi in octauis ſancti Stepha

Stephani, vel ſancti Ioannis, vel ſanctorum Innocentum, & Miſſa de Octauis priuatim in hoc euentu dicetur. Ad ſecundas Circumciſionis Veſperas, commemoratio fit de ſancti Stephani Octauis.

23 Dominica inter Cicumciſionem & Epiphaniam occurrens, integrum habet officium abſque vlla Natiuitatis commemoratione: Hymni in ea ſolenniter cantantur, & priores octo lectiones ex Apoſtoli ad Romanos Epiſtola ſumuntur. Quòd ſi Dominica hæc in Epiphaniæ vigilia eueniat: de ea ad ſecundas Veſperas ſola fit commemoratio.

De Epiphania Domini, eiúsque octauis, & festis ad Septuagesimam vsque.

Cap. XLVI.

1 AD Vesperas huius solennitatis, dicitur Hymnus, Hostis Herodes impie, &c. cuius vltimus versus est, Gloria tibi Domine, qui apparuisti hodie, &c. Sicut etiam & per totas octauas. Ad Matutinas, priores quatuor lectiones ex Prophetia Isaïæ sumuntur: & Dominica eodem die contingens, vocatur Dominica intra octauas Epiphaniæ: fitque de ea tantùm commemoratio in vtrisque Vesperis, Laudibus, & Missa: sed primo die per octauas vacante, Missa de ea-

dem Dominica celebratur.

2 Per octauas Hymni ferialiter cantandi sunt : nisi Dominica, festúmve duodecim Lectionum eueniat. De festis autem trium lectionum intra ipsas octauas contingentibus fit tantùm commemoratio, quam commemoratio de Octauis præcedit, quando vtraque simul occurrit facienda.

3 Quando Missa de istis Octauis in Conuentu celebratur, Kyrie eleison feriale cantatur, absque Gloria in excelsis: cum solitis suffragiis, ac Omnipotens qui viuorum. Præfatio tamen solennitatis est sumenda, sed non (Communicantes:) Et huiuscemodi Missa non ad Hebdomadarium, sed ad eum cui ex ordine tabulæ contingit pertinet.

4 De Dominica intra has octauas contingente, idem per omnia venit obseruandum; sicut superiùs de

de Dominica per octauas Natiuitatis occurrente post festum sancti Thomæ expositum est, cap.45. nu. 20.& cap.6. num.5. Quòd si festum duodecim lectiones habens, in Dominica intra has octauas occurrente eueniat, totum officium fiet de festo: cum commemoratione in primis Vesperis, primùm de Epiphania, deinceps de Dominica: in Laudibus verò, Missa, secundísque Vesperis, Dominicalis commemoratio præcedet commemorationem de Epiphania.

5 Cùm dies octaua Epiphaniæ occurrit in Sabbato (si Dominicalia Responsoria sint necessariò crastina die inchoanda) Vesperæ à Capitulo inclusiuè de Dominica erunt, cum Hymno (Deus creator:) in quo non dicitur versus (Gloria tibi Domine) quamuis in Hymno Completorij sequentis dicatur.

6 Solennitas SS. Nominis IESV, celebratur Dominica prima post octauas Epiphaniæ, nisi propter Responsoria inchoanda sit necessariò in secundam feriam transferenda, cum Psalmis Dominicalibus ad Matutinas, quocumque festo in ea occurrente, quod propterea transferendum erit. Quoties autem octauæ Epiphaniæ in Dominicà euenerint, anticipabũtur Sabbato præcedenti. Et tunc in primis Vesperis prædictæ Solennitatis, fit commemoratio primò de octauis, deinde de Dominica, ad quam versiculi Ferialis huius dicendi sunt, quia hæc Dominica eadem est cum prima post octauas occurrente.

7 Huius Solennitatis totum officium ad Priorem pertinet; Et in Missa fit commemoratio primùm de Dominica, deinde de festo trium Lectionum, (Si eueniat) postea de

sancto

ſancto Patre noſtro Brunone.

8 Si feſtum ſancti Hilarij euenerit poſt illam Dominicam, cuius cauſa octauæ anticipantur, cum tribus celebrabitur lectionibus, tribúſque reſponſoriis, ſecundùm ordinē tabulæ contingentibus. Quando autem prædictæ octauæ anticipantur in Sabbato, ſemper in Dominica ſequenti recuperatur commemoratio de beatiſſima Virgine ad Laudes, & Veſperas, niſi fuerit ſolennitas.

9 Prima feriali die poſt has octauas, vſum ferialem in officiis dicendis repetimus, & vſque ad Septuageſimam, ferialibus vtimur reſponſoriis, quæ ipſis aſcribuntur. Prima occurrente Dominica incipiuntur reſponſoria (Domine ne in ira.) At oratio Dominicalis quotidie vſque ad caput ieiunij, tam Laudibus, quàm Veſperis inſeruit, niſi feſtum

occurrat. In omni etiam Sabbato dicitur ad Veſperas oratio Dominicæ ſubſequentis.

10 Singulis Dominicis à prædicto tempore ad Quadrageſimam vſque, in Dominicali officio, ad Sextam dicitur oratio (Deus qui conſpicis) ad Nonam (Gratiæ tuæ.) In ipſo etiam ſpatio ab Epiphania vſque ad Septuageſimam tres ſunt Antiphonæ, quarum duæ in Dominica, tertia in ſequenti Sabbato dicitur.

11 Si Dominicalia officia ante Septuageſimam non ſufficiunt, toties iteratur (Adorate;) quovſque ad ipſam Septuageſimam perueniatur. Si verò ſuperabundant ante Septuageſimam illa officia, domus ſufficienti numero Sacerdotum carentes, vltimum repetere non tenentur. Verùm quæ Sacerdotes habent ſufficientes, officium illud

toties

toties diebus poſtremæ ſeptimanæ vacantibus repetere debent: quoties propria occurrunt Euangelia: & tunc Anniuerſariorum Miſſæ in priuato redduntur.

De Purificatione glorioſiſſimæ Virginis Mariæ.

12 QVando feſtum Purificationis occurrit in Septuageſima, totum officiũ fit de ipſo feſto: cum commemoratione tantùm de Septuageſima, & idem erit obſeruandum, quoties in Sexageſima, vel Quinquageſima euenerit. Et dum caſulam Sacerdos induit, portas Chori aperit Procurator, vſque ad finem Miſſæ ſic manſuras: facta confeſſione, ante benedictionem candelarum, celebrans ſolitam facit ad Altare orationem. Diaconus interea candelam in laterna accenſam ſuper Altare ponit: & Con-

uentus nudis capitibus super misericordias inclinatus manet: quousque peracta cereorum benedictione inchoetur antiphona (Lumen ad reuelationem.) Ad Benedictionem cereorum, collocari debent omnia intortitia, cerei, atque candelæ iuxta Altare: vt simul vniuersa benedicantur, dúmque datur ipsa benedictio, Diaconus aliquot ex illis ad cornu Epistolę tenet, Procuratore aquam sanctam Celebranti in aspersorio deferente, qua post benedictionem tam lucerna, quàm reliqua consperguntur. In benedictionis principio dicitur (Dominus vobiscum) & in prosequutione, dextera benedicentis protendi debet super ea quæ benedicuntur: quod aliàs quoque faciendum erit. Completa benedictione, Altaris cerei, & lampades quæ ante ipsam benedictionem extincta fuerant, ex

bene-

benedicta lucerna accendi debent.

13 Aspersione cereorum facta, statim Cantor intonat antiphonam (Lumen ad reuelationem) quam omnes illicò erecti prosequuntur, post singulos versus cantici (Nunc dimittis) eamdem repetentes, atque sic procedunt, nudatis vt antea capitibus, ad Altaris gradum: primò quidem Episcopus, vel Abbas, si quis eorũ interfuerit, deinde Prior, tum Vicarius, & cæteri per ordinem antiquitatis Monachi, deinceps Conuersi, postmodum Donati, atque famuli omnes, tandem Diaconus duos porrigit celebranti cereos: ex quibus alterum dumtaxat rursus à Celebrante capit, & singuli cereos ab eodem accipientes genua flectunt, ipsius manum osculando: reuersi autem ad sedes nostras post receptas candelas, non innitimur, sed stamus nudatis ca-

pitibus verſa ad alterum chorum facie: donec Sacerdos ſubiungat (Dominus vobiſcum) cum oratione (Erudi.) Tunc namque ſuper miſericordias profundè inclinamur, reſponſóque ad orationem, (Amen) ſtatim Miſſa incipitur, & dum Introitus cantatur, Sacerdos digitos abluit.

14 Sacerdos cereum illum ſibi à Diacono porrectum retinet manu ardentem geſtans in omnibus quæ dicit atque facit: donec digitos poſt (Homo factus eſt) abluturus, ipsũ in candelabro reponat ad hoc ſuper Altare præparato, nec amplius poſtea illum geſtat, Diaconus autem cantando Euangelium, Oblationẽ præparando, aliáque præſtãdo quæ ſui ſunt officij cereum deponit, atque iterum ſumit eo peracto, quod faciendum eſt. At Subdiaconus Epiſtolam cantans, & alij omnes

ſemper

ſemper ſuos geſtant cereos: quouſque eos Sacerdoti obtulerint.

15 Finito Offertorio, ſed dilata thurificatione, offerimus Sacerdoti ad gradum Altaris cereos, primò Diaconus ſuum atque celebrantis, deinceps alij eodem ordine quo ſuſcepti fuerunt: cum genuflexione ſimul, & oſculo manus ſicuti priùs. Et reuerſi ad ſedes, ſtamus verſa facie contra Altare, tectíſque capitibus, donec vltimus obtulerit. Tunc enim ſedemus, donec Sacerdos ſe conuertens dicat (Orate fratres.)

16 Omnes Miſſæ huius ſolennitatis, ſiue eodem die, ſiue aliis dicantur: cum (Gloria in excelſis) dicuntur.

De Septuagesima, & inde reliquo temporis spatio ad Quadragesimam vsque.

Cap. XLVII.

1 IN Sabbato quod Septuagesimæ Dominicam antecedit, ad Vesperas quidem, sed nõ ad Completorium Alleluia dicimus: ipsum similiter intermissuri in omni diuino Officio, vsque ad Paschalis Vigiliæ Missam exclusiuè: loco cuius intereà dicitur (Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.)

2 Huius atque sequentis Dominicæ responsoria eadẽ sunt, quæ quando inchoari debeant, Purificatione Dominicam occupãte, superiùs docetur, cap. 11. n. 3. Festa verò in his atque aliis Quadragesimæ

Domi

Dominicis occurrentia, transferenda sunt (vt alibi habetur, cap. 8. n. 1. 3. & 9.) ad diem proximè vacantem: in secundis tamē Dominicæ Vesperis, solennitates feria secūda celebrandæ ab antiphona officium habent, sicut aliàs habere solent. Et de aliis similiter festis eodē die contingentibus in illis Vesperis fit officium à Capitulo inclusiuè, cum commemoratione de Dominica.

3 De Antiphonis (Conuentione, Ite & vos) atque huiusmodi quæ per hebdomadam à Septuagesima vsque ad Caput ieiunij ad Benedictus, & Magnificat dicuntur, hoc obseruamus: vt illa quæ propter festum occurrens omittitur: primo die sine festo sequenti repetatur, Tamen (Omnis plebs) feria tertia ante Cineres ad Vesperas semper debet dici: nisi festum aliquod impediat.

De

De feria quarta Cinerum.

4 QVANDO festum Capituli occurrit feria secunda, tertia, vel Sabbato Quinquagesimæ, perinde celebrandum erit, ac si per annum, alio die eueniret ieiunium habente: quod superiùs declaratur, cap. 23. num. 19.

5 In capite ieiunij, Capitula nocturna & diurna, orationes quoque ad Laudes, Tertiam, & Vesperas mutamus: sed non versiculos. Ad Sextam tamen, & Nonam infra hebdomadam, orationes consuetæ per annum vsque ad Cœnam Domini non mutantur.

6 Ab ipso Cinerum die per totam Quadragesimam, semper fit commemoratio de ieiunio ad Vesperas, Laudes, & Missam, quocumque festo occurrente, atque per idem tempus, includendo eumdem quo dantur cineres diem, Missa festi

tres lectiones habentis etiam ferialibus diebus eueniens, ad Hebdomadarij Vicarium deuoluitur priuatim dicenda, vt ipse Hebdomadarius ieiunij Missam, in Conuentu celebret. Propterea quòd per totam Quadragesimam non sint aliæ Missæ conuentualiter celebrandæ, quàm Quadragesimales, præterquã in Sabbatis, & quoties festum duodecim lectionum occurrit, aut præsens mortuus, vel Tricenarium inchoandum, seu aliud pro mortuis officium, quod Missam requirat conuentualem: his namque contingentibus, duæ Missæ conuentualiter cantantur, alioquin vna tantùm. Quapropter hoc tempore Quadragesimali, Anniuersariorum & Benefactorum Missæ in priuato reddantur, nec iniungantur à Prælato Missæ cartæ Capituli de Spiritu sancto, aut de Domina, aut

aliæ

aliæ votiuæ. Similiter fiat in omnibus vigiliis Missas proprias habentibus, scilicet, vt in illis dicatur in Conuentu sola Missa vigiliæ: nisi occurrat festum, duodecim lectionum, aut Missa præsentis Defuncti, aut nisi Sabbatum fuerit, in quo Missa de Beata debeat manè in Conuentu cantari.

7 Eodem cinerum die ante Sextam Cruces & Imagines velamus, in Parasceue detegendas, & similiter instrumenta, quibus pax datur.

8 Hoc atque duobus diebus proximè sequentibus ante Sextam breuis fit pulsus, deinde secundo pulsu facto: Sextam, Missam, & Nonam cantamus. Si autem his tribus diebus festum Capituli occurrat, eodem ritu celebretur, quo celebrari debent huiusmodi festa in vigiliis propriam Missam habentibus extra tempus Quadragesimale

male occurrentia: vt in præcedentibus declaratum est, cap.23.n.27.

9 Ipso etiam Cinerum die, portæ chori aperiuntur, atque patent quovsque recepti fuerint cineres, aqua quoque sancta à Procuratore Celebranti defertur: quemadmodum in Purificatione traditum est, cap.46.num.12. Factáque per Sacerdotem Confessione, Conuentus manet inclinatus super misericordias nudatis capitibus: vsquequo incipiatur antiphona (Exaudi.)

10 Porrò, Sacerdoti post Confessionem, & orationem ad Altare, cinis benedicendus offertur ante Missæ Introitum, à Diacono ipsum tenente iuxta cornu Epistolæ. Benedictionem præcedit (Dominus vobiscum,) cinere benedicto, & aqua sancta conspersо, Diaconus ibidem stans incipit antiphonam, (Exaudi,) mox vnà cum Celebran-

te descendit ad gradum Altaris: vbi flectēs genua, primus omnium cinere in formam Crucis super caput aspergitur ab ipso Sacerdote hæc verba proferente: Recognosce homo, quia puluis es: & in pulueren reuerteris. Eisdem verbis ac ritu, post Diaconum singulos cinere aspergit Celebrans ad se venientes, in primis scilicet Episcopum, vel Abbatem cùm adsunt, postea Priorem: qui suscepto cinere debet illicò ipsum Celebrantem suo manentem loco, vicissim respergere, iisdem vtens verbis, atque modo. Ad conspersum Sacerdotem accedunt alij omnes eo ordine quo ad suscipiendos cereos accesserunt in Purificatione, cap. 46. numer. 12. quisque similiter genua flectens in susceptione cinerum. Interea Conuentus prædictam antiphonam (Exaudi) canendo prosequitur, eáque

que expleta aliam (Iuxta veſtibulum) addit, reuersúſque ad ſedes ſtat innitendo chorus contra chorum tectis capitibus.

11 Cùm Prior huius diei Miſſam celebrat, Diacono, Epiſcopo, & Abbate conſperſis, ſi adſunt, Vicarius ante religioſos hoſpites, etiam noſtri Ordinis Priores, ſi qui tunc adſint, ipſum aſpergit Priorem: deinde aliis Prioribus cedens ſuſcipiendi cineris cauſa, ſuo poſt eos ordine aſpergitur ante Conuentuales Monachos. Quando autem ipſe Vicarius facit officium, Antiquior poſtquam fuerit aſperſus, aſpergit eum, abſente Priore.

12 Omnibus aſperſis, finitáque vtraque antiphona, Sacerdos ad idem cornu Altaris rediens, ſubdit (Dominus vobiſcum) cum oratione (Concede nobis:) Conuentu interim ſuper miſericordias incli-

nato, ad quam responso (Amen) absque (Dominus vobiscum) & (Benedicamus:) statim Introitus Missæ intonatur, & Celebrans digitos abluit.

13 Ab hac die vsque ad Cœnam Domini exclusiuè, quotidie in Missa ieiunij super hebdomadam præcedit (Flectamus genua) orationem, tam lectionis quàm Epistolæ, sicut & ante vltimam super populum collectam, dicitur (Humiliate) præterquam in Sabbato temporalis ieiunij.

14 Suffragia hac die & sequenti feria sexta sunt (Concede, Omnipotens Christiani, Deus largitor, Ecclesiæ, Deus à quo) at feria quinta loco (Deus largitor) poni debet (Omnipotens ædificator.) Quòd si festum duodecim lectionū occurrat, ponitur in eius Missa (Deus à quo) & in Missa ieiunij (Ecclesiæ.)

De

De Quadrageſima, & Ieiuniis temporalibus in ea occurrentibus, déque reliquo tempore, ac Feſtis vſque ad Cœnam Domini.

Cap. XLVIII.

1 Sabbatvm præcedens Quadrageſimam Miſſa ieiunij caret: quamobrem more ſolito Miſſa de Domina in Conuentu manè celebratur abſque commemoratione de ieiunio: Sexta verò & Nona dici in cellis dicuntur, ſicut aliis ieiunij temporibus extra Quadrageſimam fieri ſolet, cap. 23. num. 15. niſi feſtum occurrat Capituli.

2 In hoc Sabbato Dominicalia Capitula, & verſiculos mutamus ad Veſperas, & vſque ad Domini-

cam de Passione, exceptis festis duodecim lectionũ, dicitur Hymnus (Audi benigne) tantùm ad Vesperas. Ad Primam etiã per totam Quadragesimam diebus Dominicis & festis duodecim Lectionum: Capitulum (Domine miserere) dicimus, & in Dominicis ad Sextam & Nonam illæ dicuntur orationes, quæ præcedentibus ferta quinta & sexta dictæ fuerunt ad Vesperas.

3 A secunda feria primam Dominicam proximè sequenti, vsque ad Cœnam Domini, septem Psalmos cum Litaniis post Primam, vel Tertiam in cellis quotidie, exceptis festis duodecim lectionum, exsoluimus, dicendóque Psalmos, stamus erecti, tectis capitibus, cum inclinatione quoties (Gloria Patri) occurrit, verùm ad Litanias capita nudantes, flectimus genua in finem vsque.

4 In prima Quadragesimæ hebdomada fiunt ieiunia temporalia, & Missæ, tam quartæ & sextæ feriarum, quàm Sabbati, eodem ritu celebrantur sicut in tertia Aduentus septimana, cap.44.num.8.& seq. nisi quòd istis Missis præmittitur hora Nona, & post eas Vesperæ cantantur: & ad singulas Quadragesimales collectas, (Flectamus genua) cantatur: Verumtamen ante collectam quæ Epistolam præcedit in Missa Sabbati, (Flectamus) non dicitur: quemadmodum post eiusdem Missæ Complendam, seu Postcommunionem, nec (Humiliate capita) nec oratio super populum dicitur.

5 Suffragia horum ieiuniorum quarta, sextáque feriis sunt: Concede quæsumus, Deus largitor, Deus à quo, Ecclesiæ, Omnipotens qui viuorum, commemoratio au-

tem temporalis ieiunij in aliis Missis, tam feria quarta quàm Sabbato per primam fit collectam.

6 Prædictis itidem vtimur suffragiis per totam Quadragesimam feriis secunda, quarta, & sexta: nisi Missa festi duodecim lectiones, aut Capitulum habentis eueniat. Tunc enim Missa ieiunij habebit præter festiualem commemorationem (Concede quæsumus, Deus largitor, Ecclesiæ, Omnipotens qui viuorum:) atque in Missa festi ponentur preter commemorationem ieiunij (Concede quæsumus, Omnipotens Christiani, Deus largitor, Deus à quo.)

7 Porrò feria tertia, & quinta temporis eiusdem Quadragesimalis, hæc dicuntur in Missa ieiunij suffragia: Concede quæsumus, Omnipotens Christiani, Omnipotens ædificator, Ecclesiæ, Deus à

quo.

quo. Quòd si festum duodecim lectionum occurrat, omittitur in Missa ieiunij (Deus à quo) & additur commemoratio de eodē festo: in Missa autem festi, eædem dicuntur orationes, quas diximus feriis secunda, quarta & sexta, in Missa festi esse sumendas.

8 At in reliquis Quadragesimæ Sabbatis, in Missis de Genitrice Dei, præter ieiunij commemorationem dicuntur, Concede quæsumus, Omnipotens Christiani, Deus largitor, Ecclesiæ, Omnipotens qui viuorum: in Missis verò ieiunij, (Concede quæsumus, Omnipotens Christiani, Omnipotens Deus ædificator, Deus à quo. Si autem in ipsis Sabbatis eueniat festum duodecim lectionum, aut Capituli, solitas non mutabit orationes, quas per superiores ferias in Missa festi occurrentis diximus esse sumen-

das, num.6. ſed in Miſſa ieiunij,loco (Deus à quo) dicetur (Eccleſiæ tuæ) abſque mutatione aliarum orationum. In Miſſis verò ſolennibus per totum Quadrageſimale tempus, ex communibus commemorationibus , tantùm (Deus à quo) dicitur , excepta Miſſa Compaſſionis,aut Annunciationis, quãdo occurrit Sabbato ante Dominicam Palmarum, in qua Eccleſiæ, & Deus à quo dicuntur.

9 A prima Dominica Quadrageſimæ vſque ad Cœnam Domini exclusiuè : ferialibus diebus vtimur in Miſſis ieiunij , Quadrageſimali Præfatione,atque feriis ſecunda, quarta,& ſexta, dicitur Tractus (Domine non ſecundùm) niſi proprius Tractus habeatur. Veſperæ hoc Quadrageſimali tempore ante prandium dicuntur , prӕterquam Dominicis diebus : & ſi feſtũ duode

duodecim lectiones habēs absque Capitulo contingat:eius Missà manè ante Tertiam cantatur.

10 In Missa quartæ feriæ ante Dominicam Passionis, ad orationem lectionis quam legit vltimus, dicimus (Dominus vobiscum:)sed non ante secundam, & ad vtramque canitur (Flectamus genua.) Tractus etiam (Domine non secundùm) in eadem Missa cantatur, cum duobus responsoriis. In aliis autem Missis,commemoratio ieiunij per primam fit collectam.

De Dominica Passionis.

11 SABBATO hanc Dominicam præcedente, Capitula, & versiculos mutamus ad Vesperas. Hymno (Vexilla regis) tam in Vesperis, quàm Matutinis vsque ad Cœnam Domini vtimur: diuisione facta pro Laudibus ante versum

ſum (Arbor decora.)

12 Communes commemorationes poſt Laudes, & Veſperas hîc intermittuntur, vſque poſt octauas Paſchæ. A prædicto Sabbato excluſiuè, vſque ad Sabbatū ſanctum excluſiuè, Introitus Miſſarū Quadrageſimalium dumtaxat, carent (Gloria Patri,) & de feſto trium lectionum hinc vſque ad Cœnam Domini occurrente, tantùm fit commemoratio. Quomodo per totum hoc tempus, vſque ad Veſperas Sabbati ſancti, temporalia inuitatoria cantentur, reſponſoriáque, tam magna, quàm parua, docetur alibi, cap.20. num.10. & 13. cap.16. num.19. cap.14. num.19.

De feſto Compaſſionis.

13 SAbbatvm quod Dominicam Palmarum præcedit, Miſſa caret ieiunij, de quo tamen in aliis Miſſis ſumitur commemoratio

ratio:& eodem die Compassionem Matris Dei solenniter celebramus cum candelis, quoad Monachos tantùm, cuius officium idem est cum officio Natiuitatis eiusdem gloriosissimæ Virginis, mutato Natiuitatis vocabulo in Compassionis vocabulum, nisi quòd homilia sit B. Augustini (hæc nimirum) super Euangelium secundùm Ioannem, ac Missæ Introitus est (Vultum tuum) cum (Gloria Patri) quidem, sed absque (Gloria in excelsis) oratio (Famulis tuis) cum illius vocabuli mutatione, Responsorium (Concupiuit) Tractus (Aue Maria) Euangelium (Stabant iuxta Crucem (Credo) cum reliquis sicut in Natiuitate. Secundæ Vesperæ à Capitulo sunt de Dominica, cum solennitatis commemoratione: absque candelis, & thure: de pulsu campanæ pro cantandis horis alibi

bi fit mentio, cap.23. num.29.

14 Quòd si festum Annunciationis dicto Sabbato contigerit, de ipsa fit cum plena solennitate etiam in secundis Vesperis: & de Dominica sequenti sola fit commemoratio, túncque festum Compassionis transfertur cum plena solennitate in secundis etiam Vesperis, ad diem proximè vacãtem post Palmarum Dominicam. Cætera verò quæ illo die possent cõtingere festa, solennitati Compassionis cedunt: & transferuntur ad diem post Dominicam primò vacantem.

15 In Vesperis huius Sabbati, & Dominicæ Laudibus, Tertia, Vesperísque, Capitulum (Hoc sentite) dicitur: at aliis Horis, Capitula præcedentis Dominicæ inseruiunt. Responsorium (Fratres mei) in Vesperis, vsque ad Cœnam Domini dicitur.

De

De Dominica Palmarum.

16 Hoc die in Capitulo Monachorum, proprietarij excommunicātur præſentib. Conuerſis, vt in ſecunda parte fuſiùs demonſtratur, cap.19.nu.11. & 12. cantatáque Tertia, portæ chori aperiuntur à Procuratore: & vſque ad finem Miſſæ patent. Poſt Confeſſionem, atque orationem Celebrantis ad Altare, rami à Diacono ſuper ſellam capacem detenti, eodem ritu benedicuntur per omnia, quo candelæ in feſto Purificationis: Procuratore aquā benedictam deferente, & Conuentu interim inclinato vſque ad antiphonam (Collegerunt.) Quemadmodum ibi explicatum eſt, cap.46.n.12.

17 Peracta benedictione, ramíſque aqua aſperſis, Cantore chori (ſi Diaconum non agat) antiphonam

nam illam inchoante, aliísque prosequentibus: eodẽ ordine, eiſdémque cærimoniis ad Altaris gradum acceditur,rami à Sacerdote ſumuntur, atque ad ſedes reditur: quemadmodum in feſto Purificationis deſcriptum patet, cap.46. num.12. Regreſſus ad ſedes Conuentus capita tegit, & innitendo ſtat chorus contra chorum: donec oratio (Omnipotens ſempiterne Deus) ſequatur: Ipſos autem ramos, per totam Miſſam manibus tenemus. Diaconus omnium vltimus, duos ſimul ramos Celebranti porrigit, qui diſtribuuntur, tenentur, ac deponuntur ſicut ibidem de candelis dictum eſt. Abſolutis antiphonis, ſubiungit Sacerdos ad Altare ſtans, vt priùs, (Dominus vobiſcum) cùm oratione (Omnipotens ſempiterne Deus,) Conuentúſque ſuper miſericordias inclinatus ad hãc

oratio

orationem reſpondet (Amen:) quo dicto, ſtatim Introitus Miſſæ inchoatur, Sacerdóſq; digitos abluit.

18 In huius diei Miſſa, ex communib. collectis ſumuntur ſolùm (Eccleſiæ) & (Deus à quo.)

19 Paſſiones ſicut cætera Euangelia cantamus. At quando priores tres canuntur (Dominus vobiſcum) præponitur ſine (Gloria tibi Domine,) ſignum tamen Crucis facimus, & inclinamus. Ante quartam verò Paſſionem in Paraſceue, nec (Dominus vobiſcum,) nec (Gloria tibi Domine) dicitur, ſeruatur nihilominus ante eam, tam Crucis ſignum quàm inclinatio.

20 In omnibus Paſſionibus audito (Tradidit ſpiritum, Expirauit, vel eiuſmodi,) in noſtras ruentes facies, ſubmiſſa voce ſinguli dicimus, (Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi, quia per mortem

tuam redemisti mundum :) at Sacerdos ad Epistolæ cornu accedens modicè inclinat , & osculatur Altare : Diaconus verò ante lectorium Euangelij genibus flexis aliquantisper silet , ambóque quod cæteri dicunt. Deinceps Diacono suscepta venia surgente , surgunt itidem alij,finitáque Passione datur liber osculandus Sacerdoti consueto more.

21 Feriis secunda, tertia & quarta hanc Dominicam continuò sequentibus : Capitula cum orationibus ad Nocturna, Sextam,& Nonam sicut in hebdomada præcedenti dicuntur. Verùm responsoria ipsius Dominicæ Palmarum retinemus : tribus exceptis quæ accipiuntur mutuò , scilicet (Saluum me fac , Deus Israël , & Vide quia tribulor.)

22 Item feria secunda eadem Missæ

Missæ Quadragesimalis suffragia sunt,quæ per totam Quadragesimam eiusmodi diei ascribuntur: at feriis tertia & quarta ex communibus illis suffragiis retinentur tantùm (Ecclesiæ tuæ,& Deus à quo:) sed festorum Missæ iisdem diebus occurrentes,consuetas seruant collectas.

23 Feria quarta, in Introitu Missæ super formas procumbimus: inde non surrecturi quovsque sex priores dictiones finitæ fuerint. Propriæ huius Missæ orationes & lectio,ipsiúsque in aliis Missis commemoratio: eumdem omnino seruant ritum cum Missa feriæ quartæ ante Dominicam Passionis,nu.10.

De Annunciatione Dominica.

24 QVOCVMQVE die in Capitulo pronunciari audimus (Annunciatio Dominica)in nostras

ruimus facies: & terram deoſculamur. De tranſlatione huius Solennitatis ſuperiùs fit mentio, cap. 8. nu. 1. quæ ipſo die quo celebratur, præter alia, ceſſationem quoque ab operibus poſtulat.

25 Quòd ſi celebranda contingat per octauas Paſchæ, omni quidem ieiunio, & à lacticiniis abſtinentia carebit in vigilia: ſed totum habebit officium cum Pſalmis octauarum in primis Veſperis, & in vtriſque Veſperis, ſicut in Laudibus, & Miſſa commemoratio ſola de ipſis octauis ſumetur: de quibus etiam Miſſa in priuato per Vicarium Hebdomadarij celebrabitur, vbi Sacerdotum copia ſuppetit. Tunc ad Annunciationis officium accommodabitur (Alleluia) quoties opus fuerit, & in Horis diurnis ad Hymnos verſus (Gloria tibi Domine qui natus es de Virgine)

gine) cantabitur: quemadmodum in aliis ſolet ſolennitatibus Beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ.

De Cœna Domini, duobúſque diebus ſequentibus.

CAP. XLIX.

1 SI in vigilia Dominicæ Cœnæ feſtum duodecim lectionum contingat, Veſperæ vſque ad Capitulum ſunt de feſto: quod reliquum eſt, ad Cœnæ ſolennitatem pertinet, cum commemoratione de feſto. Si verò feſtum eſſet candelarum, in Veſperis de Cœna Domini ſola fiet commemoratio. Quòd ſi ipſo die Cœnæ feſtum trium lectionum occurrat, commemoratio quidem de ipſo in primis Veſperis fiet: ſed nihil ampliùs omnino. At feſtum

duodecim lectionum eodem die eueniens: absque omni commemoratione transfertur, vt alibi explicatum est, cap.8.nu.9.& 14.

2 Prædictæ vigiliæ Completorio sicuti solet expleto, canonicum officium in omnibus Horis, tam diurnis, quàm nocturnis caret (Deus in adiutorium, Gloria Patri, Hymnis, Capitulis, paruis Responsoriis,& Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Vesperarum, atque Completorij versiculis) vsque ad Vesperas Sabbati sancti. Quapropter ipsa quinta Cœnæ feria, Matutinas atque Vesperas Cantoris chorus ab antiphona incipit, reliquas verò Horas, Prior ipse ab ipso primo Psalmo, qui etiam (Pater noster) ante lectiones signo terminat, sedétque primus: & post eum alij. Nec (Iube Domne) nec (Tu autem) dicitur ad Lectiones, quæ finiuntur

niuntur ſicut horum dierum verſiculi: tertia Reſponſoria repetuntur in ſingulis Nocturnis, poſt ſuos verſus: non ſedemus ad Pſalmos, Laudes itidem ab antiphona in eodem choro inchoantur: (Laudate Dominum in ſanctis eius)incœpto, Sacriſta lucernam abſcondit, intonata pro (Benedictus) antiphona, lampadē extinguit:preces à ſingulis in ſilentio dicūtur nudis capitibus: & poſt (Libera eos Deus Iſraël ex omnibus tribulationibus ſuis)continuò ſequitur oratio(Reſpice quæſumus)cum ſua concluſione,atque (Amen:) abſque (Benedicamus, Oremus, Dominus vobiſcum, Domine exaudi, Domine Deus virtutum,) datóque à Præſidente ſigno, ſurgitur, Sacriſta lampadem accendit,Conuentus ſuo ordine diſcedit.

3 Prima, ad quam in Eccleſia conuenimus, cum Pſalmis (Deus

in nomine tuo, Beati immaculati) vsque ad (Legem pone mihi) ac (Quicumque vult) qui solet Dominicis diebus cantari, eodémque tono cantatur, absque antiphona, cum consuetis precibus in silentio, vt priùs dictum est: nisi quòd cõfessionem audimus à Priore, nostrámqne ei facimus, cum (Misereatur) vicissim, sicuti aliàs solet fieri: Post Primam ingredimur Capitulũ, Lector Martyrologium incipit à Luna: & matutinalium lectionum tono finit, (Preciosa) sequitur more solito, vsque (Gloria Patri) exclusiuè, reliqua sub silentio, & accliui per nos sigillatim explemus detectis capitibus sine (Gloria Patri, Oremus, Domine exaudi, & Benedicamus Domino) subiungitur lectio Apostolica, sine titulo & absque (Tu autem:) terminanda sicut Martyrologij lectio,

lectio, intermiſsíſque precibus ſolitis, culpæ ſimul recognoſcuntur.

4 Abſoluto Capitulo, pulſatur ad Tertiam, quam in cellis dicimus per Pſalmos (Legem pone) vſque ad (Defecit,) ibidem interiecto temporis interuallo, Sextam diei per Pſalmos (Defecit) vſque ad (Mirabilia) perſoluturi, vbi pulſatum fuerit: & ad hunc Sextæ pulſum additur cum breui interpoſitione parua pulſatio.

5 Ad Nonam pulſu audito, in Eccleſiam Conuenientes Nonam, Miſſam atque Veſperas celebramus: Nona incœpta, (in qua canuntur Pſalmi (Mirabilia) vſque (Ad Dominum cùm tribularer) Prior ad gradum Altaris accedit, & facta oratione veſtiarium intrat, indéque indutus ex toto etiam caſula, egrediens: ſtatim cum Diacocono præparat Altare, ac poſtea

ſeſſum pergit antequam Pſalmodia finiatur. Diaconus candelas quatuor accendit, Celebrans in fine Pſalmodiæ accedit ad confeſſionis locum : preces & orationem ſicut cæteri ſub ſilentio dicit, ſpatiúmque illud ipſe terminat, deinde confeſſionem more ſolito facit.

6 Ad Miſſam, Dominicale Kyrie eleiſon cantatur, (Flectamus genua) tacetur, vnica oratio dicitur, (Credo) canitur. Vna ex maioribus Hoſtia pro Paraſceue in hac Miſſa conſecrari debet, quam reponi volumus in loco conſueto maioris Altaris, prohibentes fieri pro ea reſeruãda more ſecularium monumenta, vel alios apparatus noſtræ ſolitudini non conuenientes. Incenſum adoletur, Præfatio Dominicalis eſt: (Communicantes, Hanc igitur, Qui pridie) propria habentur : ad eleuationem

qua

quatuor intortitia accenduntur; (Agnus Dei) cantatur, Pax ſumitur. Omnes præterea Monachi, tam Sacerdotes, quàm alij, pariter & Conuerſi, & Donati hoc die in eadem Miſſa Corpus Dominicum de manu Prælati ſumunt: in viuam repræſentationem illius ſanctiſſimæ Cœnæ, quam Dominus noſter vnà cum ſuis Apoſtolis celebrauit. Si qui autem tunc famuli communicent: non tenentur rurſus die Paſchæ ſacroſanctam ſumere Communionem.

7 In ſecundo (Agnus Dei) pulſatur ad Veſperas, quæ ab antiphona (Calicem) inchoantur ab Antiquiore chori Cantoris: quibus finitis, Veſperas de Domina more conſueto dicimus, datóque ſigno Refectorium intramus: vbi non dicitur (Benedicite) ſed tantùm (Edent pauperes) incipitur à Priore,

re, nec ſequitur (Gloria:) dictóque ſub ſilentio (Kyrie eleiſon. Pater noſter,) Prior more ſolito dicit (Et ne nos inducas,) & reſpondetur (Sed libera nos à malo:) dehinc non præmittens (Oremus) prandium benedicit, dicens (Benedic Domine dona tua, &c.) reſpondetur (Amen.) Lector autem ſine (Iube Domne) & titulo prætermiſſo inchoat lectionem: quam etiam ſigno dato, terminat ſine (Tu autem) ſicut horum dierum verſiculi terminantur. In fine verò prandij finito verſu (Memoriam fecit) ſine (Gloria) dicit Sacerdos (Agimus tibi gratias) reſpondetur (Amen) omnibus verſa facie ad Crucem remanentibus, incipientéſque (Miſerere mei Deus,) ſolito more ipſum ſine (Gloria Patri) in Eccleſia finimus, (Kyrie eleiſon, Pater noſter) & cætera quæ ſequuntur,

inclina

inclinati ſuper miſericordias ſub ſilentio perſoluentes. Eodem modo prandium benedicimus, & gratias agimus die ſequenti, niſi quòd ad preces genua flectimus.

8 Hoc die peracta gratiarum actione, cellas abſque colloquio repetimus, ibidem manſuri vſque ad Mandatum: interea pedes mundamus, qui poſtea tractandi veniunt à Superiore.

9 Hac die & duobus ſequentibus, ſi numerus Monachorum excedit nouenarium, Sacerdos hebdomadarius, niſi ſit Prior, lectionem non legit ad Matutinas, ſi excedit denarium, vacat Diaconus, ſi vndenarium, Lector Refectorij, ſi duodenarium, qui lecturus eſt Epiſtolam: ſi tertiumdecimum, vacat hebdomadarius Cantor.

10 Ad Completorium hac die & ſequenti præmiſſo (Pater noſter, & Con

& Confiteor) ſicut cæteris diebus, dicuntur Pſalmi (Cùm inuocarem, In te Domine ſperaui, Qui habitat, Ecce nunc, Nunc dimittis) cum precibus & oratione (Reſpice) modo priùs dicto, num. 2.

11 Totum glorioſiſſimæ Virginis officium eodem ritu his tribus diebus perſoluendum eſt, quo fieri ſolet reliquo anni tempore: niſi quòd ad Tertiam dicuntur Pſalmi (Ad Dominum, Leuaui, Lætatus ſum.) Ad Sextam (Ad te leuaui, Niſi quia Dominus erat, Qui confidunt.) Ad Nonam (In conuertendo, Niſi Dominus ædificauerit, Beati omnes.)

De pedum ablutione.

12 POST prandium huius quintæ feriæ, omnes quantùm fieri poteſt, tam Religioſi quàm Laïci, congruo tempore per Sacriſtam

criſtam indicto,in Capitulum conueniunt calceamenta deponunt. Prior nudatis pedibus & capite,accinctus linteo intrat poſt Conuentum: Priorem ſequuntur Procurator,& duo Fratres antiquiores, nudis ſimiliter pedibus & capitibus. Quoties autem Prior, aut Vicarius eius officium faciens, in præſenti Mandato intrat atque exit: Conuentus ei aſſurgere debet, capita detegendo.

13 Ingreſſus itaque Prior ſingulorum pedes flexis genibus lauat, tergit,& deſuper oſculatur, à Vicario incipiens per ſuum chorum pergendo: ab eiúſque vltimo ad alterius chori Seniores. Procurator in miniſterio ſe tenet à Prioris dextera: aqualem deferens, vnde vniuſcuiuſque pedibus aquam infundat. At Fratres miniſtri ad ſiniſtram inſeruiunt, quorum vnus

tenet vas in quo lauantur pedes, alter præparat aliud vas cum aqua: & ad ſingulos aqua mutatur.

14 Cantor ad Introitum Prioris antiphonas incipit, quas alij cum ipſo proſequuntur, quamdiu Prior in huius Mandati officio durat: & ſi opus fuerit repetuntur. Quiſque dum ei lauantur pedes, nudat caput. Lotis Monachorum pedibus in vtroque choro, Conuerſorum pedes, eodem ordine atque modo lauandi ſunt: poſtmodum Fratres miniſtri ad ſuas ſedes vadunt, eis itidem lauantur pedes, pro quibus alij duo proximè antiquiores miniſtrant, donec illi expleta ſuorum pedum lotione ad intermiſſum miniſterium redeant. Deinde Procuratori in ſua ſede lauantur pedes, cuius interea officium facit Vicarius. Poſt hæc Prior Capitulum egreditur, Vicario ipſum ſequente, depo

depoſitóque linteo,redit ad ſedem ſuam:quem ſequitur Vicarius præcinctus linteo ad eius pedes lauandos.

15 Prior lotus,iterum egreditur, calceos reſumit, aliis quoque ſua calceamenta interim recipientibus, & aſſumpto alio linteo intrat, vt aquam manibus infundat: tunc omnes ſurgunt, & nudatis capitibus ſic ſtant, donec Prior ſuis lotis manibus, ſedeat. Manus autem eo ordine, quo & pedes, lauantur, niſi quòd ſtando ſinguli ſuas manus lauant, Priore aquam infundente, & mantile poſtmodum porrigente. Ideo Procurator interim aquam deferens, ipſam Priori pro ſingulis lauandis miniſtrat,vno ex Fratribus pelui infuſam aquam recipiente: nec ad ſingulos aqua mutatur. Lotis omnium manibus, Prior recta tendit ad locum ſuum,Vicario por-

rigens linteum, qui aquam ipſius manibus infundit: deinceps egreditur cum miniſtris, Prior verò & alij ſedent.

16 Tunc Diaconus Capitulum exiens cum Sacriſta, præparat ſe ad legēdum Euangelium, induens cucullam Eccleſiaſticam & ſtolam, ſicuti ſolet, ipſo Sacriſta iuuante. Indutus autem redit in Capitulum cum libro Euangelij, præcedente Sacriſta, & ardentem in laterna cereum deferente. Intranti Diacono omnes aſſurgunt capita detegentes: ſic ſtaturi verſa facie ad Euangelium quovſque audiant,(Et cùm recubuiſſet iterum.) Diaconus poſt ingreſſum, mox Euangelium legit lectionum matutinalium tono, & vbi ventum fuerit ad illa verba,(Et cùm recubuiſſet) ſedent auditores tectis capitibus: donec legatur (Surgite, eamus hinc.) Tunc capi-

ta

ta nudamus, donec in Refectorio sedeamus, & præcedente Sacrista cùm laterna, sequente Diacono cum libro, Priore quoque subsequente, & cæteris per ordinem: in Refectorium pergimus, quod superest lectionis sedentes coopertis capitibus audituri, quam legit Diaconus stans ante mensam Prioris, libro posito super mēsam in lectorio: & Monachi sedent hinc inde iuxta Priorem ad ipsius mensam, ad alias verò ex vtraq; parte mensas Conuersi atque Donati.

17 Finita lectione modo cæterarum lectionum huius tridui, Diaconus egreditur, præcedente Sacrista: & alij assurgunt, donec egrediatur ostium Refectorij. Depositis autem in Ecclesia libro, & cuculla, & stola: redeunt in Refectorium ad suas sedes. Interim vinum cum aqua tantùm, à Conuersis apponi-

tur omnibus in Refectorio consistentibus: ipsis etiam ministris. Prohibemus enim nectar, & alias quascumq; vini & specierum confectiones ministrari. Quo facto, omnes surgunt, tam Prior quàm Religiosi alij, capita detegentes, datáque à Prælato benedictione scilicet (Potum seruorum suorum Filius Dei benedicat,) quam terminat sicut lectiones huius tridui: atque responso (Amen) sedent omnes vt priùs, bibunt, & abeunt: Priore incipiente & præcedente.

18 Posthæc nudantur Altaria, quemadmodum Sacrista disposuerit, nec ampliùs pulsatur ad officiũ, campana vsque ad Præfationem Missæ in Sabbato: sed illius loco crepitaculis ligneis vtendum est.

De Parasceue.

19 IN Parasceue, ac die sequenti genua flectimus, (Miserere mei) dicimus, & omnium Horarum Psalmi cum precibus & oratione, sunt quemadmodum præcedentis diei fuerunt. Ad Matutinas quoque pulsatur à Sacrista per singulas cellas, singulis dum excitantur signum facientibus, vt sciat eos excitatos: & surgentes persoluimus Matutinas de Domina, quibus persolutis, iterum pulsatur à Sacrista, in maiori claustro, sicut fit ad cæteras Horas: & tunc ad Ecclesiam venimus, iuxta quam fit parua pulsatio.

20 Hoc die, aliis, operibus omissis, vacandum est pietatis exercitiis. Verùm à Sacrista Conuersis iuuantibus, mundantur Ecclesia, Sacella, Capitulum, & Claustrum.

21 Ad officium huius diei, Altare vno, ſed lato linteo & palla cooperitur, ſuperpoſitis duabus mappulis in locis vbi ponendum eſt Miſſale, & Mantilibus aliis linteolíſque neceſſariis alibi extenſis.

22 Per hoc biduum, præmonito à Sacriſta Hebdomadario, Sexta & Nona in Eccleſia ab eis ante tempus perſoluuntur, Diacono Sacriſtę locum ſupplente, quando paratus non eſt: ſignóque paulò tardiùs quàm ſolet dato, eædem Horæ continuatim in cellis per alios dicuntur. Interim Sacerdos induitur etiam caſula. Factóque poſtea congruo temporis interuallo, ſecundum ſignum cum crepitaculis datur per maius clauſtrum: vt omnes ad Eccleſiam conueniant, quos Hebdomadarius in cathedra ſedendo expectat. Quibus congregatis, accenſíſque candelis, portæ Chori

aperiun

aperiuntur, & per totum Officium patent, & Celebrans confeſſionem facit ad Altare,& orationem more ſolito, deinde ſeſſum vadit, ſedétque Conuentus. Poſtea ſequitur lectio (In tribulatione,) quam dicit vltimus, titulo prætermiſſo, & ſine (Hæc dicit Dominus,) deinde Tractus (Domine audiui,) quo finito, non dicitur (Dominus vobiſcum) nec (Flectamus genua:) ſed (Oremus, Deus à quo, & Iudas, &c.) mox ſecunda lectio (In diebus illis) abſque titulo pariter, à Procuratore, vel eo abſente, ſeu per Hebdomadarij officium impedito, legitur ab eo, qui eſſet cantaturus Epiſtolam. Tractus(Eripe me)ſubſequitur, deinde Paſſio: qua finita, fertur liber oſculandus Sacerdoti, qui ideò accedit ad medium Altaris, & ſtatim poſtea redit ad cornu Epiſtolæ, cantaturus orationes: ad

quarũ primas ſtat Conuentus verſo vultu ad Altare, ad ſecundas inclinatur ſuper miſericordias, ad vtraſque capita tenet cooperta: verùm ante ſecundas ſingulas, præter Iudæorum collectam, dum (Flectamus genua) canitur, capitibus nudatis ſuper formas procumbit, & venia ſumpta, quando dicitur à Diacono (Leuate) ſurgit, & capita rurſus cooperit.

23 Finitis orationibus, calceamenta in ſedibus ſinguli deponimus: poſt expletas Veſperas reſumenda. Interim Conuentus ſedet quovſque Sacerdos exutus caſula, quam ponit in cornu Epiſtolæ ſuper librum, veſtiariúmque ingreſſus cum Diacono: vterque calceamenta deponat, lotíſque manibus exeat: & Sacerdos iuxta cathedram ſtans verſa facie ad lectorium Euãgelij, Diaconus autem inter Euangelij

gelij cornu, & lectorium, verſo ad piſcinam vultu genua flectens: Crucem diſcooperiat, incipiendo antiphonam (Nos autē gloriari.) Tunc namque Conuentus procumbit ſuper formas capita detegens: ſic totam cantaturus antiphonam, Hebdomadarius verò veniam accipit in Epiſtolæ cornu, ibíque inclinatus manet vſque ad antiphonæ finem: qua finita, Diaconus crucē collocat ſuper cilicium, & linteum, quæ per Sacriſtam, & Procuratorem in gradibus Altaris præparantur: túmque Celebrans omnium primus, Crucē ipſam venerabiliter adorat, deinde Diaconus, poſt quem Epiſcopus, vel Abbas (ſi adſint,) tum Prior, & cæteri per ordinem: ſingulatim intra ſe dicentes, (Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi, quia per Crucem tuam redemiſti mundum.) Interim cantat Con-

uentus, ſtans conuerſis ad Altare vultibus, & capitibus detectis, reſponſoria (Populeme meus, Expandi, Ecce vidimus, Tradidit in mortem, Ego quaſi Agnus,) Cantore ſingula incipiente: Et ſtatim poſt finem antiphonæ (Nos autem) primum illorum inchoante.

24 Celebrans adoratione facta per ſe, redit ad cathedram, ibíque ſtat vultu verſus Crucem directo, cum capitis detectione, quouſque omnes Crucem adorauerint, interim illa reſponſoria cum Conuentu cantando, aut legendo per ſemetipſum.

25 At Diaconus poſt Crucem à ſe adoratam, calici vinum infundit & cooperit: ad ſedémque ſeruitoris in choro ſuo reuertitur.

26 Finita omnium adoratione, ac Cruce in ſuo loco relicta, vel per Diaconum repoſita, iuxta domorum

morum consuetudinem, Celebrãs, non expectato responsoriorum fine, casulam induit, Missale in Euangelij cornu collocat, & ablutis digitis offertur ei Corporale. Conuentus autem, sine responsoriis imposito, capita tegens: stat vultibus ad Altare conuersis, donec Communio (Hoc Corpus) incipiatur, & tunc Diaconus oblato Corporali Calicem cum vino ponit super Altare: superposita Patena.

27 Deinceps extensa super humerum syndone, Corpus Dominicum de tabernaculo, ceroferariis præcedentibus, vel accenso per Sacristam intortitio, affert ad Epistolæ cornu, vbi Calix traditur Celebranti, sumptáque venia, sacrum vas aperit: linteum consecratum cum Eucharistia educit & explicat: Celebrãs verò ipsam Eucharistiam Patenæ superponit, digitósque in Calicem

Calicem excutit, & si responsoria nondum finita fuerint: eorum expectat finem. Diacono interim sacrum vas cum sacrosanctis Hostiis in eo restantibus in tabernaculum referente.

28 Finitis responsoriis, Diaconus syndonem humero ferens sinistro vt solet, Calicem cum sacra Hostia patenæ superposita offert Celebranti: Communionem (Hoc corpus) submissa voce, cum nota tamen, incipiendo. Celebrans autem osculatur Altare, & absque mora oblationem suscipit, Diacono eius manum osculante, caueátque minister ne quid inter offerendum operiat patenam: cùm nihil non consecratum debeat sanctissimum Sacramentum attingere.

29 Incœpta à Diacono Communione (Hoc corpus,) omnes super formas procumbimus: ibidémque

que ipſam Communionem nudatis capitibus proſequimur vſque ad finem. At Diaconus ſuſcepto per Celebrantem Calice, veniam ad Altaris cornu ſumit, & aquam ſicut aliàs infundit Calici: ſed Sacerdos non dicit ſolito more (De latere Domini) nec ſignat oblationē, ſed mox ad Altaris medium pergens, Calicem cum contentis offert, vt moris eſt, illa verba (In ſpiritu humilitatis, &c.) addendo: & Cruce cum Calice facta, deponit, & Corpus Domini ſuper corporale collocat ſicut aliàs fieri ſolet: ac patena digito ſuper Calicem excuſſa, quovſque Communio cantata fuerit, expectat. Diaconus tamen aqua infuſa, ad penultimam ſedem redit.

30 Finita à Conuentu Communione (Hoc Corpus,) celebrans expanſis manibus, abſque ſui conuerſione

ſione ad Conuentum, & omittendo (Orate Fratres,) in ſilentio pro tota Eccleſia orat dicens (Oremus Pietate tua,&c.) Conuentu interim verſis ad Altare vultibus ſtante, capitibúſque coopertis. Prædicta oratione completa cum ſua concluſione vſque ad(Amen)incluſiuè, celebrans ſubmiſſiori quidem voce, ſed nota & ritu conſuetis, ſubiungit, (Oremus. Præceptis ſalutaribus:) & reliqua tam ab ipſo, quàm à Conuentu fiunt more ſolito, vſque ad Hoſtiæ fractionem incluſiuè: ſequitur (Per omnia ſecula ſeculorum) ſubmiſſiori pariter voce cantandum, ad quod Celebrans ſemel tantùm cum particula Hoſtiæ Crucem intra Calicis ambitum exprimit, ipsámque particulam ampliùs nihil dicendo, faciendóve in vinum demittit, ſubiungens orationem (Domine Ieſu Chriſte,)

Chriſte,) atque cõmunicat quemadmodũ ſolet. Conuentus reſpondet ad (Per omnia ſecula ſeculorum. Amen) & illico ſe proſternit, tacendo (Agnus Dei) ſicut (Pax Domini) tacitum eſt. Diaconus autem; ſi ad ſiniſtrum pertineat chorum, dum canitur (Per omnia ſecula,) tranſit ad dextrum.

31 Peracta Communione Celebrans ablutiones ſumit conſueto more: Diaconúſque dat ſignum ſurgẽdi, ſed nulla ſubſequitur poſtcommunio, aut complenda, nec oratio (Placeat tibi.) Corporali plicato, Altare diſcoopertum manet. Sacerdos veſtiarium ingreditur, quem, extinctis candelis, ſequitur Diaconus: ambóque ibidem Veſperas dicunt, & ſubinde calceamenta ſumunt. Conuentus verò ſurgens à proſtratione abſque (Pater noſter,) ac aliis, cæremoniis,

bini

bini & bini ſubmiſſa voce Veſperas dicunt ab antiphona (Calicē) incipientes: & Prior poſt (Magnificat) primus ſuper formas incumbit, deinde cæteri, ibíque Veſperis finitis, Priore ſurgente omnes ſurgunt: depoſitíſque ſedibus ſedendo ſe calceant, ſurgunt, factóque Crucis ſignaculo abeunt: & crepitacula in minori clauſtro pulſantur.

32 Cruces & imagines hoc die per Sacriſtam diſcooperiuntur, ac iterum nudatur Altare vſque ad diem ſequentem.

De Sabbato Sancto.

33 SABBATO Sancto in cellis, Sexta, & Nona perſolutis, induto Sacerdote hebdomadario, congregatóque Conuentu in Eccleſia, & duabus candelis accenſis, Sacerdos facit confeſſionem, & facta oratione ante Altare, ſeſſum vadit,

vadit, túncque nos omnes ſedemus, & mox Prior primam legit lectionem (In principio,) quam abſque interpoſitione ſequitur oratio (Deus qui mirabiliter.) Huius diei lectiones carent titulis, & orationes, vltima quæ præcedit Epiſtolam excepta, abſque (Dominus vobiſcum, & Flectamus genua) canuntur, cum (Oremus) tamen. Poſt Priorem Vicarius, ac Antiquiores antiquitatis ordine alias lectiones legunt: Hebdomadarius tamē, quamuis non celebret, lectionem non dicit.

34 Quartam lectionem ſequuntur Litaniæ, ab eo cantandæ, cui Prior eas iniunxerit, qui propterea nec lectionem, nec Epiſtolam legit, ſi copia ſuppetat Monachorum: cúmque pronunciatur (Sancta Trinitas,) Conuentus ſumit veniam ſuper formas, nec ſurgit donec di-

ctum ſit (Sancta Maria ora pro nobis:) Sacerdos verò tantùm oſculatur Altare. Qui autem Litanias canit, cantato per ſe (Sancta Maria ora pro nobis,) veniam capit. Et quamdiu Litaniæ canuntur, Celebrans ad cornu Altaris ante librũ: ac Conuentus verſis ad ipſum Altare vultibus, capitibúſque detectis ſtat.

35 Expletis Litaniis, Miſſa ſolenniter à Dominicali Kyrie eleiſon inchoatur, tunc induit ſe Diaconus cuculla Eccleſiaſtica, (Glòria in excelſis) & vnica oratio ante Epiſtolam cantantur, nec fit commemoratio de quocumque Feſto occurrente. Poſt verſum non repetitur (Alleluia,) ſed ſtatim ſequitur Tractus. Credo tacetur, & Offertorium ſimiliter: tamen poſt Euangelium Sacerdos ſubiungit more ſolito (Dominus vobiſcum) &

(Ore

(Oremus,) deinde manus abluit, ſedétque Conuentus, quovſque ſe vertat Sacerdos dicens (Orate fratres:) thus non adoletur. Præfatio (Communicantes) & (Hanc igitur) propria ſunt: ad (Sanctus) pulſatur ſolito more, (Pax Domini) dicitur & accipitur: ſed (Agnus Dei) tacetur. Accepta ab omnibus pace, proſtrationes fiunt ſolito more, interim dum Sacerdos communicat. Dato per Diaconum ſigno ſurgitur, campana pulſatur pro Veſperis ſolenniſſimè iuxta Monaſticum morem cantādis, Communio non cantatur, ſed poſt Complendam & (Ite Miſſa eſt) cum duplici Alleluia, ſuóque reſponſo: Sacerdos ſtatim Veſperas incipit, dicēs (Deus in adiutorium) deinde ſubiungit Orationem (Placeat tibi,) ſacerdotalibúſque indumētis exutus, & indutus cuculla Eccleſiaſtica, gratias

ante Altare proſtratus reddit, & ingreditur ſeruitoris ſedem, aut ſi Prior fuerit, ad ſuum pergit locum.

36 In hoc Sabbato ad Veſperas, & vſque ad Aſcenſionem, exceptis feſtis duodecim lectionum, dicitur Hymnus (Hic eſt dies) fitque diuiſio pro Matutinis atque Laudibus ante verſum (Myſterium mirabile.) Ab eiſdem etiam Veſperis vſque ad Aſcenſionem Domini, quotidie in omnibus Hymnis diuini Officij, etiam feſtiualibus (excepto feſto Annunciationis) dicitur vltimus verſus (Gloria tibi Domine, qui ſurrexiſti à mortuis.)

37 Poſt Veſperas huius diei tenetur Capitulum Conuerſis, nec diſciplinantur pro culpa ſilentij, ſed arbitrio Prioris eis aliquid iniungitur. Ab hodiernis inſuper Veſperis incœptis, portæ chori præſente Conuentu patent: ad finem vſque

Veſpe

Vesperarum diei sequentis. Altare quoque paratum manet, per totas octauas.

De die sancto Paschæ, ipsiúsque octauis: ac reliquo cum festis occurrentibus tempore, vsque ad Ascensionis vigiliam.

CAP. L.

1 IN die sancto Paschæ totum officium Prioris est, verumtamen manè ante Primam, præsente toto Conuentu, Missa cantatur ab Hebdomadario: in qua Dominicale Kyrie eleison dicitur, & Gloria in excelsis, fitque commemoratio de festo trium lectionum, si occurrat, & dicuntur orationes (Ecclesiæ) & (Deus à quo) dumtaxat. Incen-

ſum non adoletur (Credo) dicitur, & Præfatio Paſchalis, & Communicantes) & (Hanc igitur,) Pax datur, Diaconus communicat, & poſt eum, omnes Conuerſi, & Donati, aliíque domeſtici famuli, & mutantur de capſula Hoſtiæ.

2 Cùm Hebdomada Paſchæ Priori contigerit, primam hanc Miſſam cantat eius Vicarius, niſi fortè Epiſcopus, vel Abbas affuerit maiorem Miſſam cantaturus: tunc enim hæc Miſſa Prioris eſſet. Si autem præſens Epiſcopus, vel Abbas Maiorem Miſſam celebret, & Prior Hebdomadarius nō ſit: Prior Miſſa caret, & cum aliis ab Epiſcopo Communionem recipit.

3 Hoc die in Capitulo, pro lectione Apoſtolica legitur (Si conſurrexiſtis cum Chriſto) ſine titulo, ſed cum (Tu autem:) & ſimul culpæ recognoſcuntur.

4 Maior Missa solennissimè à Priore cantatur, cum vna solùm oratione, quocumque festo occurrente, in eâque communicat Conuentus: & vinum ministrat Antiquior ex his qui antè communicauerunt.

5 Totos priores quatuor dies celeberrimos ducimus: quemadmodum de Domini Natiuitate dictum est, cap.45. num.9. & 11. At feriis quinta, sexta, & Sabbato intra octauas, Missa Paschalis manè cantatur post Primam in cellis dictam, cum Dominicali Kyrie eleison, absque incẽso tamen, & pax datur.

6 Præfatio Paschalis (Communicantes, & Hanc igitur) dicuntur vsque ad Sabbatum, quando de ipsa solennitate celebratur. Per totas octauas vsque ad Sabbatum exclusiuè, in Vesperis, Laudibus, Tertia, Sexta, & Nona: dicitur versi-

culus (Hæc dies.)

7 Die Paſchæ & ſequenti Conuerſis prædicant poſt Nonam hi, quibus iniunctum eſt à Priore: feria verò ſecunda leguntur in Capitulo Monachis ea, quæ pertinēt ad ipſos ex Viſitatorum carta: & eadem feria, & ſequenti leguntur Conuerſis poſt Miſſam de Domina, ipſorum ſtatuta cum pertinentibus ad eos ex carta iam dicta.

8 Tertiæ huius hebdomadæ lectiones Prioris ſunt, ſecundæ Procuratoris, etiamſi hebdomadarius ſit, vel Vicarij, ipſo abſente: at primæ ad Diaconum pertinent.

9 In præſenti hebdomada ad Miſſam Paſchalem ex communibus collectis dicuntur tantùm (Eccleſiæ) & (Deus à quo,) & occurrente trium lectionum feſto, fit de eo commemoratio dumtaxat in Miſſa feriis, ſecunda, & tertia &

quarta: reliquis autē diebus etiam ad Laudes, & Vesperas fit de eo commemoratio.

10 Quòd si occurrat Annunciatio Dominica, vel Dedicatio Ecclesiæ, celebrentur, vt alibi præceptum est, cap.48.nu. 25. & cap.1. num. 2. 3. & 4. cum commemoratione solennitatis Paschalis: nec dicitur post Missam festi, nudum officium de Pascha, sed Missa Paschalis in priuato, vbi copia Monachorum fuerit, reddatur.

11 A Pascha vsque ad octauas Pentecostes, ad Laudes Psalmi (Dominus regnauit) quotidie dicuntur: nec ad preces genua flectimus.

12 Feriis quinta, sexta, & Sabbato, post Primam quæ in cellis dicitur, Missa Paschalis cantatur cum (Kyrie eleison) Dominicali, & (Gloria in excelsis) & orationibus

(Ecclesiæ) &(Deus à quo)tantùm. Sextam in Ecclesia dicimus, eáque dicta Refectorium intramus, post gratias cellas repetimus: ibidem Nonas vtrasque dicturi post pulsum meridianum.

13 Per totum Paschale tempus ad (Ite Missa est) post Missas, & (Benedicamus Domino) post Laudes & Vesperas dumtaxat, additur duplex (Alleluia,) & tantumdem ad eorum responsa, quod seruandum est insuper, in responsione omnium versiculorum, quibus in canonico vtimur officio, prætcrquam in responsionibus communium commemorationum.

14 In Sabbato præsentis septimanæ, (Communicantes) & (Hanc igitur) Paschalia omittuntur, Præfatio tamen sic dicitur, vt pro illis verbis (In hac die) ponantur, (Te quidem omni tempore, sed in hoc potissi

potissimum) & cætera. Huius Sabbati Vesperæ orationem habent Dominicalem : quamuis per reliquos eiusdem hebdomadæ dies oratio Laudum dicatur ad Tertiam & Vesperas.

15 A feria secunda Paschæ vsque ad ipsum Pentecostes diem,in officio Matris Domini post (Deus venerunt gentes) additur solitis orationibus (Adesto) pro venientibus ad generale Capitulum, ac inde recedentibus.

De Dominica in octauis Paschæ,ac cæteris vsque ad Ascensionem.

16 DOMINICA in octauis Paschæ Hymni solenniter, etiam de festo duodecim lectionum postridie celebrando cantantur,cæteris etiam Dominicis vsque ad Ascensionem Domini, Hymnus quidem Paschalis solenniter : sed feria

ferialibus diebus ferialiter cantandus eſt.

17 In Miſſa huius Dominicæ, orationes dicuntur (Eccleſiæ) & (Deus à quo) tantùm cum Dominicali Kyrie eleiſon, & Præfatione, vt in Sabbato præcedenti. De feſto trium lectionum occurrente fit commemoratio, ſed feſta duodecim lectionũ in alium diem transferuntur, quodcumque tamen eorum occurrit feria ſecunda celebrandum: in ſecundis Dominicæ Veſperis, fiet de eo à Capitulo Veſperarum & deinceps, cum commemoratione de præſenti Dominica.

18 Feria ſecunda poſt octauas Paſchæ, communes in Laudibus, & Veſperis commemorationes: & ſolita ſuffragia, ad Miſſas repetũtur.

19 De antiphona (Quia vidiſti me) cum cæteris dicendis ad (Magnificat)

gnificat) infra hebdomadam vſque ad diem Aſcenſionis, obſeruandum eſt, vt quæ propter feſtum occurrens omittitur, die primo ſequenti abſque feſto repetatur. Sex tamen aliæ antiphonæ quæ per idem ſpatium dicuntur ad (Benedictus) non ſunt ſic poſt feſtum repetēdæ: cùm vnaquæque feria vnam ex illis ſibi habeat deputatam.

20 Idem quoque fit quantùm ad Laudes, de ſex orationibus quæ Laudibus & Horis eodem tempore aſcribuntur: harum orationum prima diebus Dominicis ad Sextam dicitur, ſecunda ad Nonam, & tres earum priores, feria ſecunda, quarta, & ſexta, ad Tertiam, Sextam, & Nonam dicuntur: tres verò poſteriores, feria tertia, quinta, & Sabbato, eiſdem Horis inſeruiunt.

21 Ab octauis Paſchæ vſque ad Pentecoſten, præter octauas Aſcenſionis,

ſionis, quotidie dicitur oratio Dominicalis ad Veſperas, niſi feſtum occurrat.

22 Feſtiuali Sanctorum officio tempore Paſchali occurrentium, accommodandum eſt ſuis locis, Alleluia.

De Miſſis in triduo Capituli generalis, & in electione Prioris.

Cap. LI.

1 PRimo die Capituli generalis, quod tertia poſt octauas Paſchæ ſeptimana celebratur, peractis Matutinis ſtatim pulſatur ad Primam, tam in Cartuſia, quàm in cæteris domibus, niſi feſtum Capituli impediat: & manè Miſſa de Spiritu ſancto, præſente Conuentu, celebratur: cum

cum Dominicali Kyrie eleiſon, Gloria in excelſis, ac ſuffragiis quæ in feſtis Sanctorum dici ſolent per hebdomadam: ſcilicet (Concede quæſumus, Omnipotens Chriſtiani nominis, Deus largitor, Eccleſiæ, & Deus à quo.) Epiſtola (Cùm complerentur) primum Alleluia (Surrexit) ſecundum (Veni ſancte Spiritus,) atque cætera ſicut in ipſo Pentecoſtes die: niſi quòd communis Præfatio ſit dicenda, abſque (Credo) & incenſo.

2 Quòd ſi feſtum Capituli occurrat, Miſſa hæc cantatur ſtatim poſt Capitulum, & pulſatur ad eam induto Sacerdote, qua cantata, fit ſpatium ante Tertiam pro Miſſis priuatim dicendis: deinde canitur Tertia, cum Miſſa feſti, cuius orationes ſunt (Concede, Omnipotens Chriſtiani, Deus largitor, Prætende) pro Prioribus, & (Deus à quo:)

nam

nam tunc (Ecclesiæ tuæ) in Missa de sancto Spiritu dici debet, & (Deus à quo) omitti.

3 Missa huius diei Prioris est Cartusiæ, ipsam tamen, cùm vult, alij celebrandam committit. In aliis verò domibus ad Hebdomadarium pertinet: sicuti Missæ duorum dierum qui proximè sequuntur.

4 Ab hoc etiam die vsque ad Sabbatum inclusiuè, in omnibus Missis Conuētualibus, præterquam Defunctorum, & in singulis priuatis Missis, tam de Defunctis, quàm aliis, per totum Ordinem vbicumque eas dici contigerit, dicitur, pro Prioribus in Capitulo congregatis, oratio (Deus qui corda,) vel (Prætende) in plurali: quæ intimanda est Conuentui per Vicarium, vel Sacristam, Dominica proximè ipsum Capitulū præcedente.

5 Secundo die Capituli post Primam, nullo duodecim lectionum festo occurrente, vel non præsente mortuo, celebratur in Conuentu Missa de Matre Domini, cum Introitu (Salue sancta parens) & orationibus (Concede, Omnipotens Christiani, Deus à quo, Ecclesiæ, Prætende) pro Prioribus, & (Omnipotens qui viuorum.) Primum Alleluia est (Post partum) secundum (Nonne cor nostrum:) Epistola & Euangelium ex vigilia Assumptionis, atque cætera sicut quolibet Sabbato fieri solet. Verùm festo duodecim Lectionum occurrente, hæc Missa dicitur in priuato per Vicarium Hebdomadarij, vel per ipsum Hebdomadarium, si præsens defunctus contingat: cum eisdem orationibus. Si verò trium lectionum festum eueniat Missam propriam habens, eodem vel præce-

denti die, Missa festi dicetur priuatim ab Hebdomadario in Cartusia, in aliis tamen domibus ab eius Vicario.

6 Tertio eiusdem Capituli die, in quo nō occurrit Missa festi duodecim, vel tres Lectiones habentis, seu præsentis mortui, Conuentualis Missa erit (Salus populi) sine Alleluia cum feriali Kyrie eleison, absque (Gloria in excelsis,) suffragia sicut præcedenti die dicuntur. Epistola libri Esdræ (Quæso Domine) ex feria quinta primæ Quadragesimalis hebdomadæ, primū Alleluia (Qui posuit) ex Dominica post Pentecosten vigesima tertia, secundum (Angelus) Euangelium (Quis vestrum habebit amicum) ex Rogationibus, Offertorium, & Postcommunio ab Introitu dependet. Festo autem occurrente duodecim vel trium lectionum, hæc Missa

priua

priuatim erit dicenda per Vicarium Hebdomadarij: vel præſente Defuncto, per ipſum Hebdomadarium.

De officio in Prioris electione.

7 QVANDO Prior eligitur, Miſſa de ſancto Spiritu in Conuentu eſt celebrãda ab eo cui contingit ex ordine tabulæ: niſi alter ex Confirmatoribus electionis velit eam celebrare: cuius Miſſæ Epiſtola ſumitur à die Pentecoſtes, ſuffragia eadem ſunt, quæ in feſto per hebdomadam dicuntur: ſi tamen occurrat in Dominica, ſuffragia ſuſcipit Dominicalia, cætera ſunt quemadmodum in Miſſis votiuis de Spiritu ſancto, pro temporis ratione.

8 Quando hæc Miſſa occurrit Dominico die in alióve feſto Capituli, duæ in Conuentu cantantur

Missæ, prima pro electione mox post Capitulum, ad quam induto Sacerdote pulsatur: qua finita, spatium fit pro Missis priuatim dicendis, deinde Tertia sequitur cum Dominicali, seu festiuali Missa: priúsquam ad electionem accedatur.

De Rogationibus, & Ascensione, & toto tempore, vsque ad Pentecosten.

Cap. LII.

1 FEria secunda Rogationum, Missa de ipsis ab Hebdomadario manè post Primam cantatur in Conuentu: cum suffragiis (Concede, Omnipotens Christiani, Deus largitor, Ecclesiæ, & Deus à quo) & feriali Kyrie

rie eleiſon,& poſt verſum, Alleluia repetitur, in aliíſque Miſſis, tam in eo, quàm ſequenti die, fit Rogationum commemoratio. Si tamen hac feria ſecunda duodecim, aut trium lectionum Miſſa eueniat, dicetur in Conuentu: atque Miſſa Rogationum ad diem ſequentem differetur. Quòd ſi feria ſecunda, Miſſa Rogationum cantata fuerit, & feria tertia occurrat Miſſa Conuentualis aliqua, præter hebdomadariam Benefactorum Miſſam: ceſſabit Miſſa Rogationum. Verùm nulla Conuentuali occurrente, præterquam illa Benefactorum, eadem feria tertia, iterum Miſſa de Rogationibus cantabitur, quæ tunc non erit Hebdomadarij, ſed eius cui continget ex ordine tabulæ, & dicentur in ea ſuffragia ſicut in Miſſis votiuis dici ſolent, cap. 26. nu. 8.

De Inuentione sanctæ Crucis.

2 INVENTIONEM sanctæ Crucis eadem solennitate, eodémque officio celebrari volumus: quibus Exaltatio eiusdem celebrari consueuit, accommodato Alleluia locis opportunis: cum oratione propria festi. De Martyribus autem concurrentibus fiat, in Missa tantùm, commemoratio.

3 Quòd si hæc Inuentionis solennitas occurrat in vigilia Ascensionis, abstinentia, & Missa vigiliæ anticipabuntur, & fient die præcedenti, ac in ipsa solennitate vnica Missa celebrabitur, bísque reficiemur: ac Vesperæ vsque ad Capitulum de eadem solennitate fient, deinceps ad Ascensionem pertinebunt: cum Inuentionis commemoratione.

De

De Vigilia Aſcenſionis.

4 IN vigilia Aſcenſionis, ad Sextam Hymnus cantatur ferialiter, in Miſſa feriale Kyrie eleiſon cantatur, ſuffragia ſicut in feſtis duodecim lectionum, aut trium per hebdomadam contingentibus, cap.26. num.7. poſt verſum (Aſcendit) repetitur Alleluia, Præfatio communis eſt: nec dicitur in Conuentu alia Miſſa, niſi feſtum duodecim lectionum, vel præſens mortuus occurrat, tricenariúmve inchoandum eueniat.

5 Non anticipatur hæc vigilia propter feſtum Capituli occurrens (Inuentione Crucis excepta,) ſed ſeruatur ieiunium: non autem abſtinentia, niſi à lacticiniis. Et duæ celebrantur Miſſæ. Prima de feſto præmiſſa Tertia, ad quam tempeſtiuiùs ſolito pulſatur, qua dicta re-

petimus cellas, Sextam de Domina dicturi, & dato ſigno ad Eccleſiam conuenientes, Sextam, Miſſam vigiliæ, & Nonam continuè dicimus, factóque interuallo breui pro dicenda Nona de Domina, Refectorium intramus: Veſperæ autem ad Aſcenſionem totæ pertinent, cum ſola feſti commemoratione.

6 Ab his Veſperis vſque ad primas Veſperas Pentecoſtes Hymnus eſt (Optatus votis) niſi feſtum duodecim lectionum occurrat, & fit diuiſio pro Matutinis ante verſum (O grande cunctis.) Eodem etiam tempore in omnibus Hymnis diuini Officij etiam feſtiualibus dicitur vltimus verſus (Gloria tibi Domine, qui ſcandis ſupra ſidera:) excepta Inuentione ſanctæ Crucis, cuius Hymni proprium retinent verſum.

De Ascensione Domini, eiusque octauis.

7 ASCENSIONEM Domini celeberrimè colimus, cuius octauæ per omnia similes sunt, octauis Epiphaniæ : quapropter eodem ritu celebrandæ veniunt, cap.46. num. 2. & 3.

8 Tres antiphonæ quæ infra præsentes octauas ad (Benedictus) & (Magnificat) dicuntur alternatim, postridiè Ascensionis incipiuntur, & rursus feria secunda proximè sequenti, ac post octauas primo die absque festo contingente.

9 Infra octauas has ad Tertiã dicitur oratio (Adesto,) ad Sextam (Deus cuius Filius) ad Nonam (Tribue:) in Laudib. autem prædictæ orationes alternatim dicuntur: sed ad Vesperas semper (Concede) sumitur. Ad Laudes Dominicæ infra octauas in commemoratione As-

censionis oratio (Tribue,) ad Tertiam oratio Dominicalis, ad Sextam & Nonam ſicut in die Aſcenſionis, ad Veſperas pro commemoratione Aſcenſionis, oratio, Concede,

10 Cùm feſtum duodecim lectionum occurrit in hac Dominica: eodem modo celebrabitur quo ſuperiùs dictum eſt in octauis Epiphaniæ, cap.46. num.4.

11 Si infra octauas Aſcenſionis occurrat feſtum trium lectionum, de ipſo tantùm commemoratio fiet vt in prædictis octauis habetur, cap. 46. nu. 2. ſi tamen Miſſam propriam habuerit, cantabitur in Conuentu ab Hebdomadario.

12 Ab Aſcenſione vſque ad Miſſam vigiliæ Pentecoſtes, pro Alleluia Paſchali dicitur (Non vos relinquam) in omnibus Miſſis, excepta Miſſa in feſto Apoſtolorum

Philippi

Philippi & Iacobi: in qua etiã post Ascensionem dicitur secundum Alleluia (Epulemur.)

13 In octauis Ascensionis ad primas Vesperas antiphona super psalmos (Alleluia, Inclinauit) & cantatur hymnus solemniter. In Missa autem Præfatio & (communicantes) de solennitate dicuntur absque (Credo.)

14 Si hac die festum duodecim lectionum occurrat, non fit de eo commemoratio: sed ad diem sequentem transfertur, excepta Dedicatione, quæ tunc eueniens in causa est, vt octauæ anticipentur, & fiant die præcedenti.

15 Duobus diebus post octauas, si nullum contingat festum, omnia fiunt sicut infra easdem: excepto quòd ad Laudes & Tertiam dicitur oratio (Adesto), ad Sextam & Nonam (Deus cuius filius) & feria

ſexta ad Veſperas oratio Dominicalis.

De Vigilia Pentecoſtes.

16 IN vigilia Pentecoſtes, duæ celebrantur Miſſæ conuentuales, prima de Matre Domini manè cum conſuetis orationibus: ſecunda, tempore congruo de ipſa vigilia. Ad Nonam cantatur Hymnus ferialiter, niſi ſit feſtum duodecim lectionum, induitúrque Sacerdos in veſtiario veſtibus ſacris excepta caſula, Diacono, vt moris eſt induto, dum hæc hora cantatur: cuius orationem ad Altare dicit, deinde caſulam induit, Confeſſionem & Orationem ante Altare facit, poſtea ſeſſum vadit, & poſt eum ſedet Conuentus. Sequuntur lectiones ſine titulis: & ab eiſdem legendæ, qui in vigilia Paſchæ, cap. 49. num. 33. lectores fuerunt. Quòd

si Prior, Vicarius vel Antiquiorum aliquis cui lectio cōtingebat, manè in Conuentu celebrauerit, aut seruierit, vel fuerit Hebdomadarius, quamuis non celebret vigiliæ Missam, lectione carebit: si tamen adsit copia Monachorum.

17 Non dicitur (Dominus vobiscum) sed tantùm (Oremus) vsque ad orationem quam Epistola sequitur. Post quartam orationem cantātur Litaniæ, de quarum Cantore atque ritu in prædicta vigilia traditur, cap. 49. num. 34.

18 Finita Litania, Cantor incipit Dominicale Kyrie eleison, vnica oratio ante Epistolam dicitur, si tamen festum occurrat, de eo fit commemoratio, post Versum ante Tractum (Laudate) Alleluia non repetitur, incensum non adoletur. Præfatio Communicantes, & Hanc igitur, propria sunt: in aliis Missis

fit

fit de vigilia commemoratio per vltimam orationem.

19 Si in hac Vigilia festum occurrat duodecim lectionum, totum officium de ipso fit vsque ad Vesperas exclusiuè: sed duæ cantantur Missæ, primùm videlicet de festo per Hebdomadarium, cum consuetis orationibus, deinceps de Vigilia per Vicarium eius cum festiuali tantùm commemoratione. In aliis verò Missis, commemoratio festi præcedit Vigiliæ commemorationem. Si verò eueniat festum Capituli, de eo fit, sicut habetur suprà, cap. 23. n. 27. Excepto quòd post Missam festi, Sextam continuè dicimus.

20 Si Dedicatio Ecclesiæ in hac Vigilia occurrat, Vesperæ nihilominus ex integro sunt de Pētecoste cum psalmis ferialibus: & de Dedicatione fit tantùm cōmemoratio.

21 In

21 In eadem Vigilia & per totas octauas Pentecostes in Vesperis canitur Hymnus (Veni creator Spiritus.) In die autem & per totas octauas ad Matutinas Hymnus (Iam Christus astra): & fit diuisio ante versum (Impleta gaudent.) Et à primis Vesperis Pentecostes ad octauam vsque diem in omnibus Hymnis diuini Officij dicitur vltimus versus (Sit laus Patri cum Filio.)

22 Hodie Capitulum tenetur fratribus, & portæ chori aperiuntur, quemadmodum in vigilia Paschæ, cap. 49. num. 37.

De

De die Pentecostes, ipsius octauis: & reliquo tempore cum Dominicis vsque ad Aduentum, ac aliis solennitatibus, atque festis, vsque ad Assumptionem Matris Domini.

Cap. LIII.

1 IN die Pentecostes totum officium Prioris est: omniáque fiunt, sicut in die sancto Paschæ prædictum est, cap.50.num.1.& seq.Similiter totas has octauas eodem prosequimur cultu quo Paschales: nisi quòd in præsenti hebdomada ieiunia quatuor Temporum fiunt. Ideò quarta feria, Tertiam, Missam, & Sextam continuatim celebramus, & ad

ad orationem Lectionis, quam legit vltimus, dicitur (Dominus vobiſcum) finitóque verſu (Alleluia, Spiritus Domini) ipſum Alleluia repetitur more ſolito ante ſecundam orationem: quam præcedit (Oremus) tantùm, abſque (Dominus vobiſcum,) quamuis ſuam habeat concluſionem: cætera ſicut infra octauas Paſchæ. Poſt Sextam, cellas repetimus: Sextam & Nonam de Domina dicturi. Ante Nonam parua fit pulſatio, & ad ſecundum ſignum conuenientes, ipſam Nonam cantamus: deinde adimus Refectorium.

2 Feria quinta, Miſſam manè dicimus poſt Primam, in qua, exceptis Epiſtola & Euangelio, omnia ſunt quemadmodum in die Pentecoſtes: ad Tertiam verò oratio Laudum eſt dicenda.

Feria ſexta ſimiliter Miſſa manè

cantatur de ieiunio: & quando ad Sextam pulsatur, eam simul cum Nona de Domina in cellis dicimus, nisi sit festum Capituli: Nonam verò in Ecclesia cantamus, deinde Refectorium intramus, atque post gratias, cellas repetimus,

3 Sabbato, Missa de Matre Domini priuatim est dicenda simul cum aliis priuatis Missis, deinde ante Tertiam fit parua pulsatio: postmodum Tertia, Missa, & Sexta continuatim celebrantur. Quatuor priores Lectiones Missæ legunt Iuniores in Ordine, quintam Prior, vel Vicarius: quam sequitur (Dominus vobiscum) cum oratione propria, & (Ecclesiæ tuæ) atque (Deus à quo) tantùm: nisi festum trium lectionum occurrat, de quo fiat commemoratio. Postea in cellis Sextam & Nonam de B. Maria dicimus. Ante Nonã diei fit parua

pulſatio, & ad ſecundum ſignum conuenientes, ipſam in Eccleſia cantamus: Refectorium intramus, & poſt gratias, cellas repetimus.

4 Si Dedicatio Eccleſiæ hoc Sabbato, vel præcedenti feria ſexta occurrat: totum habebit officium, Tertiámque, Miſſam, & Sextam in Eccleſia cantabimus: ſed poſt Dedicationis Miſſam, ante Sextam interſcremus aliam, ſine nota de ieiunio temporali, Conuentualiter dicendam. Si verò idem feſtum feria quinta proximè præcedenti eueniat, Miſſa de Pentecoſte, priuatim ab Hebdomadarij Vicario reddetur: vbi eſt copia Sacerdotum.

5 In hac hebdomada, oratio quæ ad Laudes dicitur, Tertiæ, ac Veſperis etiam inſeruit: exceptis Sabbati Veſperis, vt mox audiemus, num. 11. At tria reſponſoria aliunde ſuſcepta ſcilicet (Virtute

magna, Ego rogabo Patrem, Non vos me elegiſtis,) per octauas omittuntur.

De ſolennitate, ſeu Dominica ſanctiſſima Trinitatis.

6 AD Laudem & gloriã Sanctiſſimæ Trinitatis, volumus feſtum eiuſdem Sanctiſſimæ Trinitatis ſolenniſſimè celebrari per totum Ordinem, Dominica in octauis Pentecoſtes: cum pleno & integro officio ſibi proprio, incipiente à primis Veſperis vſque ad Completorium ſequentis diei. De feſto trium lectionum, ad Miſſam tantùm, fit commemoratio.

7 Miſſa hæc de Sanctiſſima Trinitate propriam habet Præfationem, & vnicum Alleluia cum præcedente Reſponſorio: licèt in aliis Miſſis quæ de viuis hoc die celebrantur, dicatur duplex Alleluia. Verum

Verumtamen (Ite Miſſa eſt) cum duplici Alleluia, in hac Miſſa cantatur.

8 Si in ſecundis Veſperis huius ſolennitatis occurrat commemoratio facienda de feſto duodecim lectionum, fiet more Paſchali: licèt officium illius feſti in craſtinum aliter celebretur.

De Vſu feriali, & Dominicis à ſolennitate Sanctiſſimæ Trinitatis vſque ad Aduentum.

9 FERIA ſecunda Dominicam Sanctiſſimæ Trinitatis ſequente, ferialem vſum repetimus: communéſque Cõmemorationes in Laudibus, Veſperis, atque Miſſis.

10 Oratio (Deus in te ſperãtium) Dominicæ primæ poſt octauas Pentecoſtes, dicitur ante ipſam Dominicam in triduo præcedenti ſolennitatem Euchariſtiæ, ac etiam

ſequenti hebdomada, poſt octauas eiuſdem ſolennitatis: ſi nullum feſtum occurrat. Aliarum verò Dominicarum orationes, ab eiſdem octauis vſque ad Domini Aduentum: in Sabbatis præcedentibus dicuntur ad Veſperas. Et ſicut in ipſis Dominicis, ſic per ſubſequentes hebdomadas quotidie ad Laudes, & Veſperas repetuntur: nullo contingente feſto. Diebus Dominicis, oratio ad Sextam (Deus qui conſpicis) ad Nonam (Gratiæ tuæ.) De reliquis ad has Dominicas pertinentibus dictum eſt ſuprà, cap. 6. num. 2. 7. & 8.

11 Quando huius temporis officia Dominicalia vſque ad Aduentum non ſufficiunt, aut ſuperabundant: de ipſis fiat quemadmodum priùs de huiuſcemodi declaratum eſt, cap. 46. num. 11.

De

De solennitate Sacratissimi Corporis Christi, eiúsque octauis.

12 SOLENNITAS Eucharistiæ, seu Sacratissimi Corporis Domini nostri IESV CHRISTI, feria quinta post Dominicam Sanctissimæ Trinitatis quàmreligiosissimè celebretur. Cuius totum officium Prioris est, fitque in Missa communio generalis nō celebrantium Monachorum, Conuersorum, & Donatorum. Et post Tertiam cantatam, ante Missam fiat Processio, in qua venerabiliter deferatur à Priore sacris vestib. etiam casula induto, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum singulis personis Ordinis candelas accensas deferentibus (Excepto Diacono Crucem ferente,) & Monachis cantantibus Hymnum (Pange lingua) cum aliis eiusdem solennita-

tis, si opus sit: donec peracta Processione, idem sanctissimum Sacramentum super Altare repositum fuerit. Vbi etiam volumus illud omnibus adorandum proponi per totas octauas, cum duobus cereis, quamdiu ibidem aliquod à Conuentu officium persoluitur, ante Altare iugiter ardentibus, aut extra Diuinum Officium, cum vno cereo simul cum lampade ardente.

13 Volumus etiam, ob Apostolicum præceptum, & Indulgentias consequendas, tantíque Sacramenti reuerentiam, singulis octauarum diebus Missam de eodem Sacramento in Conuentu cantari cum nota: vel si festũ duodecim lectionum occurrerit, sine nota, statim post Missam festi, remanente toto Conuentu. Hæc autem Missa intra octauas, pertinet ad eum cui contingit ex ordine tabulæ.

14 Quoties autem Missa Conuentualiter, sine nota celebratur, eam celebraturus, post primum (Agnus Dei) præcedentis Missæ, susceptámque pacem, solitam orationem facit ad gradum Altaris: & iuuante eo qui in eadem Missa Diaconi officium facturus est, indutus in vestiario etiam casula, expectat illius ingressum, qui priùs celebrauit: túmque ipse egreditur ad locum Confessionis, quam facit cum cantu solito. Introitus, Kyrie eleison, Gloria in excelsis, à Conuentu sine notarum varietate, recto & æquabili tono dicuntur. Dominus vobiscum ante orationes, & offertorium, Sacerdos cum puncto circumflexo canit: orationes verò ante Epistolam & Postcommunionem: sicut oratio Tertiæ diebus Dominicis solet dici, cum punctorum mutatione, ac terminatione

finali. Epiſtola legitur à Subdiacono more lectionum Agendæ: at Euangeliũ canitur à Diacono cum nota conſueta, ſed ſubmiſſiori voce. Reſponſorium poſt Epiſtolam, Alleluia cum verſu, Offertorium, Sanctus, Agnus Dei, & Communionem Conuentus recto tono ſine nota cantat. Et ſimiliter Sacerdos Præfationem, Pater noſter; Per omnia, & (Pax Domini) ſicut & Diaconus (Ite Miſſa eſt,) ſine nota dicit. Et campana, vt aliàs ſolet, cap. 31. num. 10. in hac Miſſa ad (Sanctus) & eleuationem pulſatur: páxque datur.

15 Quando ſolennitas hæc in vigilia ſancti Ioannis Baptiſtæ occurrerit, Miſſa vigiliæ, & abſtinentia fiat die præcedenti: vt propter reuerentiam tantæ feſtiuitatis bis in ipſa ſimul reficiamur, nec à lacticiniis abſtineamus, & tunc ſancto-

rum

rum Ioannis & Pauli festum, quod in Dominica infra octauas solennitatis occurrit, ad feriam secundam transfertur. Commemoratio quoque sancti Pauli in octaua die occurrẽs, transfertur in diem sequentem: & octauæ sancti Ioannis per solam commemorationem ad vtrasque Vesperas, Laudes, & Missam, illo anno transeunt, & Missa in priuato dicetur.

16 Cùm eiusdem sancti Ioannis festum vnà cum præcedenti solennitate eodem die continget: transferendum est in feriam sextam proximè subsequentem. Missa verò vigiliæ cum abstinentia, fiet quarta feria præcedenti.

17 Item per has octauas, Vesperarum ac Matutinarum Hymni dicuntur sicut in die, in omnibus verò aliis diuini Officij Hymnis, vltimus versus est (Gloria tibi Domine,

mine, qui natus es de Virgine.)

18 Indultum est Ordini nostro misericorditer per sanctissimum in Christo Dominum Papam Vrbanum, vt præsentium octauarum Indulgentiis gaudeamus, dicendo Horas in cellarum Oratoriis, ac si in Ecclesia canerentur.

19 Quando festum candelarum occurrit in Dominica infra has octauas, fit de festo totum officium, & priùs fit commemoratio de octauis quàm de Dominica, in vtrisque Vesperis, Laudib. ac Missa, túmque duæ Missæ in Conuentu celebrantur: prima de festo per Hebdomadarium, secunda de Eucharistia, sine nota, ab eius Vicario, in qua (Credo) dicitur, sed incensum non adoletur, nec communicat Diaconus. At Missa Dominicalis, quando per hebdomadam alius non vacat dies, in quo Conuentua

uentualiter reddi poſſit, eodem die priuatim dicetur ab eo qui ſequitur Vicarium Hebdomadarij, ſi tamen adſit copia Sacerdotum.

20 Cùm præſentes octauæ occurrunt in feſto Candelarum aliquo, fiunt in ipſius feſti vigilia, nec vlla fit de eis commemoratio die ſequenti.

21 Conceſſum eſt domibus Ordinis in Prouinciis Cartuſiæ, & Burgundiæ, vt poſſint, ſi velint, feſtum ſancti Claudij facere cum tribus lectionibus, & Miſſa Conuentuali.

De vigilia, feſto, & octauis ſancti Ioannis Baptiſtæ.

22 IN vigilia ſancti Ioannis Baptiſtæ vnica celebratur Miſſa in Conuentu ſuo tempore: niſi occurrat infra prædictas octauas, aut in Sabbato, vel cum duodecim

lectio

lectionum festo, aut præsente mortuo: tunc enim duæ celebrantur Conuentuales Missæ, & commemoratio de octauis præcedit commemorationē vigiliæ in aliis Missis: licèt ipsius vigiliæ Missa ad Hebdomadarium pertineat.

23 Cùm occurrit hæc vigilia die Dominica, fit in Sabbato præcedenti cum abstinentia & officio: nec vlla fit de ea commemoratio in ipsa Dominica.

24 In ipso festo, Hymnus, (Vt queant laxis) diuiditur in tres partes: quarum prima constans ex prioribus quatuor versibus cum versu (Laudibus ciues) inseruit Vesperis, secunda, scilicet (Antra deserti) cum tribus versibus sequentibus, & (Laudibus ciues) principio Matutinarum: & tertia (O nimis fœlix) vsque ad finem, Laudibus.

25 Infra octauas eiusdẽ fit sicut per octauas festiuales fieri debere dictum est supra cap.4.n.3. In festis candelarum fit sancti Ioannis commemoratio ad Missas, Laudes, & vtrasque Vesperas.

In festo Apostolorum Petri & Pauli.

26 IN vigilia Apostolorum Petri & Pauli, sicut in vigilia sancti Ioannis, sola Missa vigiliæ Conuentualiter dicatur; nisi occurrat Sabbatum, aut festum duodecim lectionum, vel præsens mortuus: cum tribus commemorationibus, videlicet sancti Leonis, Martyrum, & sancti Ioannis, præter suffragia ordinaria. Et si Dominica die contingat, fiet in Sabbato præcedenti cum abstinentia, & Missa: verùm tunc, sancti Leonis, & Martyrum commemorationibus carebit, propterea quòd suo diei seruentur.

27 In

27 In huius vigiliæ festo nulla fit commemoratio sancti Pauli, nec die crastino sancti Petri.

De Visitatione Genitricis Dei, eiúsque Octauis.

28 Visitatio gloriosissimæ Virginis & Matris Dei per totum Ordinem cum candelis solenniter celebretur, secunda die Iulij, cum suis octauis: per omnia sicut Natiuitas eiusdem, mutato nomine Natiuitatis in nomen Visitationis, excepto quòd Euangelium est (Exurgens Maria) cum propria homilia. Per octauas autem, lectiones sunt de libris Regum: dempta homilia Dominicæ infra octauas.

29 Quando festum Candelarum occurrit, in hac Dominica, totum habet officium, & priùs fit commemoratio de octauis quàm de Do

de Dominica: ad vtraſque Veſpe-
ras, Laudes, & Miſſam.

30 Per eaſdem octauas, in omnibus Hymnis, tribus tantùm qui Dominæ proprij ſunt demptis, dicitur vltimus verſus (Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine) à primo ipſius ſolẽnitatis Completorio vſque ad vltimum octauæ Completorium incluſiuè. Si tamen iſta octaua Sabbato contingat, in Veſperis à Capitulo officium fiet de Dominica: & in Hymno (Deus creator omnium) non dicetur verſus (Gloria tibi Domine) licèt in Hymno Completorij ſequentis ſit dicendus: quod itidem obſeruandum eſt in aliis eiuſdem Deiparæ octauis.

31 Sexto Auguſti Transfiguratio Domini ſolenniter cum candelis quoad omnes celebretur, cum proprio officio, & eodem die Miſ-

ſa in priuato dicatur de Sanctis Sixto & ſociis eius.

De Aſſumptione Genitricis Dei, eiúſque octauis, & aliis feſtis vſque ad Domini Aduentum occurrentibus.

Cap. LIV.

1 IN vigilia Aſſumptionis glorioſiſſimæ Virginis, etiam ſi Sabbato occurrat, ſola ipſius vigiliæ Miſſa in Conuentu celebretur, cum communi Præfatione: niſi feſtum duodecim lectionum, aut præſens mortuus ſimul eueniat. Quòd ſi contingat in Dominica: celebrabitur Sabbato præcedenti, cum abſtinentia, & Miſſa.

2 Ipſam

2 Ipsam Assumptionem solenniter colimus: cum octauis festiualibus. Psalmi feriales Vesperarum, sub vna solennitatis antiphona dicuntur. In Matutinis, tam Nocturni, quàm Laudum Hymni, solenniter sunt singulis diebus cantandi: at (Aue Maris stella) in ipsa solennitate, ac Dominica infra octauas, & in ipsis octauis tantùm, aliis autem diebus ferialiter. Et de festo trium lectionum occurrente, tantùm fit commemoratio in Vesperis, Laudibus, & Missa, quam octaualis commemoratio præcedit, cum vtraque simul accidit. Tria quoque responsoria omittuntur per hebdomadam, scilicet (Diffusa est, Specie tua, & Dilexisti.)

3 Infra easdem octauas, Missæ tam Conuentuales quàm priuatæ de Domina celebrandæ, cum Assumptionis officio sunt dicendæ.

Officium tamen nudum de Domina quod in cellis post primam de eadem Domina solet subiungi, sic semper dicitur, prout in horariis precibus notatur. Diebus autem huius hebdomadæ propria Missa carentibus, poterit de ipsa solennitate in Conuentu celebrari, cum oratione (Omnipotens qui viuorum) ab eo cui per ordinem tabulæ contigerit.

4 Dominica infra octauas, totum officium fit de octauis: & de Dominica sola commemoratio ad Vesperas vtrasque, Laudes, & Missam. Quòd si in hac Dominica festum candelarum occurrat, totum de ipso fit officium; cum commemoratione priùs de octauis, quàm de Dominica. Aliud verò festum cum duodecim Lectionibus occurrens, transfertur ad diem sequentem proximè vacantem.

De

De sancti Ioannis Decollatione.

5 IN Decollatione sancti Ioannis Baptistæ Capitula sunt, communia vnius Martyris, orationésque communes ad Sextam, & Nonam: in quibus dicitur Beati Ioannis Baptistæ, & Martyris tui.

De Natiuitate Genitricis Dei, eiúsque octauis.

6 NATIVITATEM Deiparæ cum octauis tam solenniter celebramus, quàm eius Assumptionem, quibusdam mutatis. Infra has enim octauas, ex libro Iob lectiones sunt, etiam in Dominica, cum homilia festiuali: reliqua ad ipsam pertinēt solennitatem. Octaua, in primis Vesperis habet commemorationem dumtaxat, per antiphonam (Quasi palma:) propter Exaltationis festum.

7 Quæ quidem octaua, si Dominica die contingat, ad primas Vesperas priùs fiat commemoratio de octauis, quàm de Dominica: & residuum officij totũ erit de octaua, cum sola commemoratione de Dominica ad Laudes, Missam, & Vesperas. Et tunc festum cum duodecim Lectionibus occurrens Dominica proximè sequenti, transfertur ad alium diem, vt huius Dominicæ responsoria cantentur.

8 Quando octaua hæc occurrit feria quarta ieiuniorum temporalium, Missa ieiunij priuatim dicitur per Vicarium Hebdomadarij: si adsit copia Sacerdotum.

De sancta Crucis Exaltatione.

9 EXALTATIONEM sanctæ Crucis cum solennitate cebramus, quocumque occurrat die.

Missa

Miſſa Præfationē habet propriam: In omnibus tamen Hymnis huius diei, exceptis tribus propriis, dicitur vltimus verſus (Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine:) & ad vtraſque Veſperas, Laudes, & Miſſam, fit cōmemoratio de octauis. Cúmque contingit in Dominica, ad vtraſque Veſperas, Laudes, & Miſſam primò fit commemoratio de octauis quàm de Dominica: quemadmodum in reliquis octauis Dominæ. Fit etiam commemoratio de ſanctis Martyribus Cornelio & Cypriano ad vtraſque Veſperas, Laudes, & Miſſam: poſt commemorationem de Dominica.

10 Tunc autem, vt Dominicalia reſponſoria inchoentur Dominica ſequenti: feſtum cum duodecim Lectionibus in eadem eueniens transferendum erit in feriam primò vacantem. Et ſi tranſlatum

feſtum vigiliam habet: fiat in præcedenti Sabbato ſolito more.

De Ieiuniis temporalibus Septembris.

11 IEIVNIA temporalia Septembris fiunt feriis quarta, ſexta, & Sabbato proximè ſequentibus ſanctæ Crucis Exaltationem: in quibus perſonæ Ordinis quoad abſtinentiam à lacticiniis, ſe conforment Diœceſi, ſeu regioni in qua reſident. In his ieiuniis eadem ſeruantur, quoad Diuinum Miſſæ officium, quæ in ieiuniis temporalibus Aduentus, cap.44. num.8. & ſequ. cúmque feſta duodecim lectionum occurrunt, vel præſens mortuus, fit ſicut de aliis ieiuniis Aduentus dictum eſt.

De Festo Sancti BRVNONIS *Patris nostri.*

12 SEXTO die Octobris festum beati Patris nostri BRVNONIS cum candelis celebramus, in cuius vigilia abstinentiam seruamus: & totius diei officium Prioris esto: dicatúrque in Missa (Credo.) Fiátque communio generalis à non celebrantibus. Infra octauas fit sicut in octauis festiualib. dictum est, cap. 4. num. 3.

De festis sanctorum Dionysij, Lucæ, ac vndecim millium Virginum.

13 CONCESSVM est domibus Ordinis in Prouincia Franciæ, festum beati Dionysij cum Capitulo celebrare. In festo sancti Lucæ (Credo) & Præfatio Apostolorum dicitur. Moniales nostri Ordinis

dinis possunt festum vndecim millium Virginum cum candelis, & Monachi cum Capitulo celebrare: sed extra domos ab operibus non cessetur.

De festis Sanctorum omnium, & Reliquiarum.

14 Vigilia omnium Sanctorum celebranda venit, sicut habetur suprà, cap. 23. nu. 26. Festum omnium Sanctorum celeberrimè colimus: post cuius secundas Vesperas, nisi sequatur Dominica, dicetur (Placebo) in Ecclesia, vt suprà declaratum est, cap. 42. n. 1.

15 Festum Reliquiarum in octauis omnium Sanctorum solenniter celebramus: in quo tamen Conuersi, & mercenarij non cessant ab operibus, sed circa domum superiorem laborare non debent. Eo die post lectionem Apostoli-

cam

cam in Capitulo, per Lectorem recensentur Reliquiæ: quibus recensitis additur (Ac plurium aliorum: quorum omnium meritis & precibus adiuuemur.) Statímque Prior surgens, nudato capite incipit Psalmum (Laudate Dominum in Sanctis eius:) quem & nos surgentes nudatis capitibus alternatim prosequimur, Lectore in sedem suam reuertente: & ad (Gloria Patri) omnes prosternimur: sequitur (Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison; Pater noster, Aue Maria.) Hebdomadarius subiungit (Lætamini in Domino, Dominus vobiscum, Oremus, Propitiare, &c. Per Dominum nostrum. Benedicamus Domino.) Eodem die, nisi sequatur Dominica, ante Completorium in cellis dicitur à singulis (Placebo:) vt alibi expressum est, cap.42. num.2.

16 Octauo post hoc festum die, celebretur Reliquiarum inferioris Ecclesiæ festum, propter quod non cessandum est ab operibus, remanent tamen fratres post Missam, & in ipsorum Capitulo Reliquiæ vulgari lingua recensendæ sunt: dicentúrque preces cum prostratione. Reliqua huc pertinentia, in festo Dedicationis habentur, num. 20.

De Festo sancti Hugonis, & Præsentatione gloriosissimæ Virginis.

17 FESTVM sancti Hugonis Lincolniensis Episcopi Ordinis nostri solenniter celebretur quoad omnes.

18 Præsentationem Deiparæ solenniter celebramus, vicesima-prima Nouembris: quoad Monachos tantùm.

De

De Festo Dedicationis.

19 FESTVM Dedicationis Ecclesiæ superioris solenniter agimus quoad Monachos, & Conuersos: vbicumque sumus, referendo intẽtionem nostram ad Ecclesiam propriam. Si tamen eueniat in alio festo Candelarum, vel aliqua Dominica Aduentus, aut alia inter septuagesimam & Pascha, seu quãdo noua responsoria sunt necessariò inchoanda, transfertur ad diem sequentem cum Capitulo, Candelis, & Refectorio, quoad Monachos tantùm. Quòd si à Cœna Domini vsque ad feriam quartam Paschæ eueniat, feria quinta proximè sequenti celebrabitur, nisi eo die Annunciatio esset celebranda: tunc enim transferetur in feriam sextam eiusdem hebdomadæ. Si occurrat in aliquo priorum quatuor

16 Octauo post hoc festum die, celebretur Reliquiarum inferioris Ecclesiæ festum, propter quod non cessandum est ab operibus, remanent tamen fratres post Missam, & in ipsorum Capitulo Reliquiæ vulgari lingua recensendæ sunt: dicentúrque preces cum prostratione. Reliqua huc pertinentia, in festo Dedicationis habentur, num. 20.

De Festo sancti Hugonis, & Præsentatione gloriosissimæ Virginis.

17 FESTVM sancti Hugonis Lincolniensis Episcopi Ordinis nostri solenniter celebretur quoad omnes.

18 Præsentationem Deiparæ solenniter celebramus, vicesima-prima Nouembris: quoad Monachos tantùm.

De Festo Dedicationis.

19 FESTVM Dedicationis Ecclesiæ superioris solenniter agimus, quoad Monachos, & Conuersos; vbicumque sumus, referendo intẽtionem nostram ad Ecclesiam propriam. Si tamen eueniat in alio festo Candelarum, vel aliqua Dominica Aduentus, aut alia inter septuagesimam & Pascha, seu quãdo noua responsoria sunt necessariò inchoanda, transfertur ad diem sequentem cum Capitulo, Candelis, & Refectorio, quoad Monachos tantùm. Quòd si à Cœna Domini vsque ad feriam quartam Paschæ eueniat, feria quinta proximè sequenti celebrabitur, nisi eo die Annunciatio esset celebranda: tunc enim transferetur in feriam sextam eiusdem hebdomadæ. Si occurrat in aliquo priorum quatuor

tuor dierum Pentecoſtes : feria quinta proxima fiet. Si in Octauis Epiphaniæ, Aſcenſionis, Euchariſtiæ, Viſitationis, Aſſumptionis, ſeu Natiuitatis Deiparæ, S. Ioannis Baptiſtæ, SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſancti Patris noſtri Brunonis, anticipabuntur octauæ, & de ipſo fiet. Si in vigilia Natalis Domini, vel Pentecoſtes eueniat, pro ſecundis Veſperis ſolam habebit commemorationem. In hoc feſto, ieiunium Ordinis à ſuperuenientibus hoſpitibus Ordinis, qui Miſſæ Conuentuali interfuerint, & ibidem pernoctauerint, poteſt ſolui.

20 In vigilia Dedicationis Eccleſiæ inferioris, Prior ad inferiorem domum deſcendit, aut eo abſente Vicarius. Si ipſum feſtum accidit in Dominica, transfertur, & in eo Conuerſi poſt prandium

labo

laborant. Si feria ſexta contingat, ieiunant,& abſtinentia quoad ipſos fit feria quarta. Conuerſíque in grangiis,vel extra domum conforment ſe illis qui ſunt in domo inferiori. Ipſo die Procurator omnes Horas in Eccleſia dicit: quemadmodum in feſto Reliquiarum eiuſdem Eccleſiæ.

Quælibet domus poteſt ſemel in anno feſtum Patroni Eccleſiæ ſuæ Cathedralis, cum duodecim lectionibus celebrare.

De multiplici modo absoluendi, pro diuersitate Confessariorum, & materiarum: atque aliis precandi formulis, quibus Ordo noster vtitur. Ac primùm de modo absoluendi, qui communiter obseruandus est in quotidianis Confessionibus per deputatos.

Cap. LV.

1 Sciendum est in primis, quòd priusquam aliquis absoluatur à peccatis, debet primò absolui ab excommunicatione, vel ad cautelam, si excommunicatio ignoratur: vel ad necessitatem, si scitur. Et cùm scitur, semper debet exprimi causa, propter quam incursa est. Si etiam esse.

ſet aliquis pluribus excommunicationibus irretitus: ſingularum cauſæ, ſi ſciuntur, exprimendæ ſunt. Quamobrem dicto (Miſereatur tui) à Confeſſario, ſubiungat (Dominus noſter Iesvs Christvs, qui eſt ſummus Pontifex, te abſoluat, & ego auctoritate ipſius mihi conceſſa, abſoluo te, in primis à vinculo excommunicationis, ſi indigeas: deinde ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen) ſignum Crucis imprimendo: non eſt tamen opus contactu capitis. Et mox ſequitur (Paſſio Domini noſtri Ieſu Christi, merita & preces glorioſiſſimæ ſemper Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, ſuffragia ſanctæ matris Eccleſiæ, & quidquid boni feceris, & mali ſuſtinueris, ſint tibi in remiſſionē peccatorum, in augmen-

tum gratiæ & virtutum, & præmium vitæ æternæ. Amen.)

Absolutionis forma in rarioribus & generalibus Confessionibus per eosdem deputatos impendenda.

2 POST (Misereatur) Dominus noster Iesus, &c. & ego auctoritate ipsius mihi concessa, absoluo te in primis ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in quantum possum, & indiges: deinde ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis, in nomine, &c.) Et si Confessarius habet potestatem dispensandi super irregularitate, dicat post illa verba (Et indiges) & dispenso tecum super irregularitate, si quam incurristi quatenus possum, & habilito te ad actus legitimos: deinde absoluo te ab omnibus peccatis tuis, &c. vt superiùs.

Forma

Forma absoluendi à casibus reseruatis per eos qui tales tantùm audiunt.

3 SI huiuſcemodi caſus annexam habent cenſuram aliquam, eius vinculum in primis eſt diſſoluendum ſic. Dicto (Miſereatur tui) Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt ſummus Pontifex te abſoluat, & ego auctoritate ipſius mihi conceſſa, abſoluo te à vinculo (talis cenſuræ) eam nominando ſolam, ſiue ſit excommunicatio,ſiue ſuſpenſio,ſiue interdictũ, ſic,excõmunicationis, (aut) ſuſpenſionis, (vel) interdicti, quod incurriſti propter talem cauſam, eandem nominando. Et, ſi ſæpius eadem cenſura incurſa fuit, dicendo,toties quoties eam, vel id incurriſti, propter talem cauſam (ſi ſit vna,) vel tales cauſas, (ſi ſint plures, eas nominando ſigillatim.) Et ſi teneris

aliquibus aliis vinculis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, à quibus te poſſum abſoluere, abſoluo te, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Et eadem auctoritate ego abſoluo te à peccatis tuis, in nomine Patris, &c. Hic debet Confeſſarius primùm recognoſcere an cenſura, qua pœnitens ligatur, ſit excommunicatio à iure lata: propterea quòd huiuſmodi excommunicationis abſolutio plura requirit, vt poſthac dicetur, num. 10. & ſeq. Sciendum eſt etiam ei non eſſe neceſſarium, inſerere cenſurarum abſolutioni, hæc verba (& reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ, & Communioni fidelium) quoniam eo ipſo quòd quis abſoluitur à tali vinculo, reſtituitur communitati & Sacramentis Eccleſiaſticis.

4 Denique illud non eſt ignorandum

randum, quòd deputati ad casus reseruatos absoluendum, si regulariter Confessiones audiunt de peccatis tantùm reseruatis, pro reliquis remittendo pœnitẽtes ad proprios Priores, seu Confessarios ordinarios, post absolutionem à censuris, siue certam, siue ad cautelam, debent indefinitè Sacramentalem à peccatis absolutionem proferre; vt præscriptum habetur, cap.7.num.7. Secundæ partis Stat. si enim dicerent (ac omnibus peccatis tuis) verum non esset.

5 Plurimum insuper expedit, & frequenter est etiam necessarium ob multos casus emergentes, & conscientiarum stimulos tollẽdos, vt deputati ad casus reseruatos absoluendum semper absoluant pœnitentes ad cautelam ab omni censura, secundùm omnem potestatem sibi traditam, tam ordinariam

ex officio, quàm quocumque modo delegatam. Quia ſic peccata propter cenſuras tantùm reſeruata, ſi tunc per obliuionem in Confeſſione non enarrentur, ac poſtmodum ad memoriam redeant: poterunt pœnitentes, ordinariis Confeſſariis confiteri, & ab eiſdem abſolui: cùm non cenſeantur ampliùs reſeruata, aut vllam habere annexam cenſuram, poſt illam cautelæ abſolutionem ab eo impenſam, qui poteſtatem habet. Quòd ſi huiuſmodi abſolutio non impenderetur per ignorantiam, aut incogitantiam, quamdiu talis in Confeſſario viget poteſtas, pœnitens cui in mentem venerit peccatum annexam habēs excommunicationem, quod tempore Iubilei (exempli cauſa) oblitus fuit confiteri, teneretur proculdubio abſolutionem ab excommunicatione de nouo quære

quærere, à potestatem habente super eiusmodi excomunicationem.

Forma absoluendi in articulo mortis.

6 MORIENS facta Confessione Sacramentali, statim post eam secretò, & sacramentaliter debet absolui: & siquidem videretur iam mori, nullámque concedere moram, pro longiori absolutione, statim dicat Confessarius. Ego absoluo te primùm ab omni Ecclesiastica censura, deinde ab omnibus peccatis tuis, & eorum omnium concedo tibi plenariam Indulgentiam, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Si autem dat moram, absoluendus erit prolixiori forma sic. Dicto (Misereatur tui) Dominus noster Iesus Christus, qui est Summus Pontifex te absoluat, & ego auctoritate ipsius mihi concessa, absoluo

te in primis ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, in quantum indiges, & diſpenſo tecum ſuper omni irregularitate, quamcumque incurriſti, & habilito te ad actus legitimos; deinde ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Et eadem auctoritate concedo tibi omnem illam Indulgentiam peccatorum tuorum, quam tibi concedere poſſum virtute cuiuſcumque gratiæ tuæ, ſi tamen hac vice morieris, alioqui pro alia vice tibi reſeruo. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. (Paſſio Domini noſtri Ieſu) vt ſuprà, nu. 1.

7 Prædictus mortis articulus intelligi debet, non ille ſolus, in quo quis moritur, ſed quandocumque aliquis mori probabiliter timetur, & periculum eſt in mora. Idcirco

co qui antea in simili constitutus infirmitate, iam vsus est Bulla concedente gratiam, seu facultatem aliquam in mortis articulo, non poterit posthac eadem vti in alio morbo quantumuis periculoso, cùm amplius non habeat vires, gratiam seu facultatem vllam concedendi, propter primum vsum, nisi conferendo eam addātur prædicta verba. (Si tamen hac vice morieris, alioquin pro alia vice eam tibi reseruo.) Aut nisi in priuilegio concesso exprimatur, quòd possit vti ipsa Bulla, quotiescumque articulus mortis ei occurrerit. Similiter infirmus qui nondum constitutus est in mortis articulo, non potest eiusdem articuli priuilegiis gaudere: quoad absolutionem & indulgentiam obtinendam attinet.

8 Post illam absolutionem se-

cretè & ſacramẽtaliter impenſam, ſi infirmo in memoriam redirent, præſente etiam Conuentu,peccata quædam, quæ velit confiteri, Conuentus pauliſper recedat extra dormitorium, vt ægrotans rurſus, ac ſacramentaliter quidem confiteatur: & tunc abſoluetur ab illis tantùm,in hæc verba.)Ego abſoluo te à peccatis tuis,In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.) Quando talis oblitorum peccatorum confeſſio fit corpore Domini couuentualiter allato, cùm reuocatur Conuentus, ceſſare poterit Confeſſio publica, cum ſua deprecatoria abſolutione, quæ alioqui Sacratiſſimam Communionem deberent præcedere,vt ſuprà manifeſtatum eſt, cap. 33. num.4.

9 Ægrotans verò, qui nec ſermone, nec aliis ſignis peccata ſua confiteri valet, nullo modo debet ſacra

ſacramentaliter abſolui à peccatis: cùm determinata & expreſſa peccatorum Confeſſio, ſit quædam eſſentialis pars Sacramenti pœnitentiæ. Qui tamen loquelam amiſerunt, & ob id non potuerunt confiteri, ſi ſigna oſtenderint contritionis, poſſunt, & debent abſolui à cenſuris quibuſcumque, quatenus eas incurrerunt: omnes item gratiæ à ſummis Pontificibus collatæ in mortis articulo conſtitutis, ſunt eiſdem applicandæ. Poſſunt inſuper tales ſanctiſſimam Euchariſtiam percipere, ac demum Extremæ-vnctionis Sacramentum.

Forma abſoluendi ab excommunicatione maiori extra Confeſſionem, & infirmitatem, & reconciliandi fugitiuos, & criminoſos.

10 PRIVSQVAM hæc abſolutio impendatur, cognoſcenda eſt

da eſt huius excommunicationis cauſa, & exigendum ab excommunicato iuramentum, vt pareat mandatis Eccleſiæ, vel ipſius Ordinis, ſecundùm excommunicantis intentionem. Et in hoc caſu debent etiam Religioſi iurare, ſicut per ſacros Canones decernitur.

11 Atque hîc obſeruandum venit, quòd ſi talis eſſet excommunicatio, quæ abſolutum ab inferiore poteſtatem habente, nihilominus cogeret pœnitentem ſe poſtmodum Superiori repræſentare: tunc abſoluti ab Inferioribus poteſtatem quantumuis magnam habentibus, tenerentur rurſus ſe ſuis Superioribus præſentare, à quibus de iure fuerant aliàs abſoluendi: non quidem pro impetranda abſolutione, cùm data ſit iam, ſed ad obediendum iudicio atque mandatis Superiorum in pœnitentia facienda,

da, aliiſve huiuſmodi acceptandis. Hoc igitur caſu contingente, Inferiores pœnitentiam imponendam relinquere debent Superiorum arbitrio, niſi aliud conceſſum fuerit. Illa namque præſentatio in multis caſibus obligare poteſt abſolutum ſub pœna peccati mortalis, ac etiã reincidentiæ in eandem cenſuram, pro ſua contumacia.

12 Inſuper ſi excommunicatio pertineat ad aliquod ius tertiæ perſonæ: debet requiri ſufficiens cautio pro ſatisfactione facienda.

13 Præter hæc promittere debet abſoluendus ſe poſtea ſeruaturum ſemper illum Canonem, aut Conſtitutionem, quam violando, incurrit prædictam cenſuram.

14 His peractis, prouolutóque in genua pœnitente, dicat abſoluens Pſalmum (Miſerere) iuuante aliquo aſſiſtente, ſed ipſo criminoſo ta

ſo tacente, & interim nudatos pœnitentis humeros virga, ſeu flagris ad ſingulos verſus diſcretè percutiat: Poſt (Gloria Patri) ſubiungens, Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon, Pater noſter, Aue Maria, Et ne nos, Saluum fac ſeruũ tuum, Mitte ei auxilium de ſancto, Eſto ei Domine turris fortitudinis, Nihil proficiat inimicus in eo, Domine exaudi orationem, Domine Deus virtutum, Dominus vobiſcum: vel, ſi abſoluens ſolus fuerit, Domine exaudi orationem, Oremus, Deus cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, & famulum tuum, quem excommunicationis, & peccatorum cathena conſtringit: miſeratio tuæ pietatis abſoluat. Prætende famulo tuo dexteram cæleſtis auxilij, vt te toto corde perquirat, & quæ dignè poſtulat

ſtulat aſſequatur. Deus qui iuſtificas impium, & non vis mortem peccatoris, maieſtatem tuam ſuppliciter deprecamur, vt hunc famulum tuum de tua miſericordia confidentem, quem excommunicationis, & peccatorum cathena conſtringit, cæleſti protegas benignus auxilio, & aſſidua protectione conſerues, vt tibi iugiter famuletur, & nullis tentationibus à te ſeparetur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,&c. Tum demum ſubiungat abſolutionem hanc: Auctoritate omnipotentis Dei, & beatorum Apoſtolorum eius Petri & Pauli,& ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ, aut Ordinis noſtri (cuius ſcilicet perſonam gerit) in hac parte mihi commiſſa, abſoluo te à vinculo excõmunicationis quam incurriſti propter (talem vel talem cauſam) & quamcumque aliam ob cauſam,

causam, si, & quatenus tu indiges, & ego possum: & restituo te sanctis Sacramentis Ecclesiæ, Communioni & vnitati fidelium. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Et iniungit ei pœnitentiam. Si plures sint causæ, exprimi debent, vt suprà notatum est, num. 1. & 3. Et si vna sæpius iterata, similiter. Cúmque hæc absolutio sit iudicialis tantùm, & non sacramẽtalis, iudices exprimuntur, quorum auctoritate fit absolutio: non tamen de necessitate, sed maioris solennitatis causa, sicut illa pars itidem. (Et restituo te Sacramentis, &c.)

15 Quòd si excommunicatus sit propter dimissum habitum, reconciliandus est Ordini. Propterea debet aptari absolutio ad hanc formam; Auctoritate omnipotentis Dei: absoluo te à vinculo excommuni

municationis,quam incurriſti propter habitus tui dimiſſionem, & quamcumque aliam ob cauſam, ſi & quatenus tu indiges, & ego poſſum : & reſtituo te ſanctis Sacramentis Eccleſiæ, Communioni & vnitati fidelium.In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Et eadem auctoritate ego diſpenſo tecum ſuper omni irregularitate, ſi quam incurriſti immiſcendo te Diuinis, cùm eſſes excommunicatus, aut alia de cauſa, quatenus tecum diſpenſare poſſum, & habilito te ad actus legitimos. Item auctoritate Capituli noſtri Generalis mihi commiſſa, ego te reconcilio Ordini noſtro plenè & perfectè, ſaluis Ordinis diſciplinis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Et iniungit ei pœnitentiam.

16 Eadem forma obſeruatur in

reconciliatione fugitiuorum, qui habitum non dimiserunt, excepto quòd in oratione (Deus cui proprium) dicitur, Et famulum tuum, quem fugæ & peccatorum cathena, &c. Et in absolutione dicitur tantùm, Auctoritate Domini nostri Iesu Christi, & Ordinis nostri, ego absoluo te à vinculis huius transgressionis, & fugæ, & reconcilio te Ordini, & Conuentui plenè & perfectè, saluis Ordinis disciplinis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Et iniungit pœnitentiam.

De precibus pro Priore eligendo.

17 POST Psalmum Ad te leuaui, Gloria Patri, Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster, Aue Maria, per Sacerdotem hebdomadarium subiungitur, Et ne nos, Saluos fac seruos, Mitte nobis,

nobis, Nihil proficiat, Domine exaudi, Domine Deus virtutum, Dominus vobiſcum, Prætende, Per Dominum noſtrum. Nec dicitur poſtea, Dominus vobiſcum, ſed tantùm, Benedicamus Domino. In triduo autem ante Paſcha ſi dictas preces fieri contigerit, durante ipſo triduo, à quolibet dicitur in ſilentio prædictus Pſalmus cum precibus, tacito Gloria Patri, &c.

De precibus in ſuſceptione Nouitij.

18 FINITO in Eccleſia, Veni ſancte Spiritus, ſine Alleluia, dicit Prior, Confirma hoc Deus: & reſpondetur à Conuentu, Quod operatus es in nobis, Dominus vobiſcum, Et cum ſpiritu tuo. Oremus, Actiones noſtras, & Deus qui corda. Finito verò Pſalmo, cum Gloria Patri, in ingreſſu cellæ, ſequitur Kyrie eleiſon, Chriſte elei-

ſon, Kyrie eleiſon, Pater noſter; Aue Maria, Et ne nos, Saluum fac ſeruum tuum, Mitte ei, Eſto ei, Nihil proficiat, Domine exaudi, Domine Deus virtutum, Dominus vobiſcum, Oremus; Deus qui iuſtificas impium, &c. Prætende Domine famulo tuo, Exaudi nos ſancte Pater, Per Chriſtum Dominum noſtrum.

De precibus in Profeſſione.

19 IN Miſſa qua ſuſcipiendus eſt ad Profeſſionem Nouitius, poſt Offertorium ad gradū ante Altare venit, inclinatúſque, verſum hunc tertiò repetit, choro reſpondente eumdem, Suſcipe me Domine ſecūdùm eloquium tuum, & viuam: & non confundas me ab expectatione mea. Poſt cuius tertiā repetitionem, additur Gloria Patri, Sicut erat, Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon,

Kyrie

Kyrie eleiſon. Pater noſter, Aue Maria, Interim Nouitius ante hoſpites, ſi adſint, & ante ſingulos Monachos genua flectens, & formam oſculans, dicit ita vt poſſit audiri (Ora pro me Pater) incipiens à choro Prioris. Poſt hæc rediens, in eodem quo priùs ſtat loco inclinatus, tunc Sacerdos ad illum accedens ſubdit preces, Et ne nos, Saluum fac ſeruum tuum, Mitte ei, Eſto ei, Domine exaudi, Domine Deus virtutum, Dominus vobiſcum. Sicque cucullam, ſuper gradum, ante Nouitium poſitam benedicit, dicens, Oremus, Domine Ieſu Chriſte, qui tegimen. Deinde cappam & cucullam paruam Nouitio detrahit, dicendo, Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus ſuis. Et induit eum cucullam longam dicendo, Et induat te nouum, qui ſecundùm

Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Sicque Nouitius ad cornu Altaris accedens à parte piſcinæ, verſa facie ad Altare ſtans, Profeſſionem ſuam apertè & diſtinctè audientibus omnibus legit, lectámque ſuper exoſculatum offert Altare, proſtratúſque ad pedes Sacerdotis, tali deprecatione ſuſcipit Benedictionem: Dominus vobiſcum, Oremus, Domine Ieſu Chriſte, qui es via, veritas, &c. Et aqua ſancta aſperſus Nouitius, ſurgens ad ſuam ſedem reuertitur.

Explicit Ordinarium Cartuſienſe.

INDEX

INDEX,

SEV

REPERTORIVM

EORVM QVÆ IN PRÆSENTI ORDINARIO continentur.

A

ABBATE Cluniacensium mortuo, dicere tenemur pro eo Agendam vnam, & Missam conuentualẽ, Capitulo 42. Numer. 4.

Abbas si præsens fuerit,& voluerit, sepulturæ facit officium, cap.34.n.23.

Ablutio pedum die Cœnæ quomodo fieri

fieri debeat, cap. 49. num. 12.
Absoluendi in confessione sacramentali forma communis, c. 55. n. 1.
Absoluendi forma in rarioribus & generalibus confessionibus, c. 55. n. 2.
Absoluendi forma à casibus reseruàtis per eos, qui tales tantùm audiunt, cap. 55. num. 3.
Absoluendi in articulo mortis forma, cap. 55. num. 6.
Absolui sacramentaliter non potest infirmus, qui nec sermone, nec aliis signis peccata sua confiteri valet, cap. 55. num. 9.
Absoluendi ab excommunicatione extra confessionem forma, c. 55. n. 10.
Absolutus ab inferiore potestatem habente, quando debeat Superiori rursum se præsentare, c. 55. n. 11.
Absoluendi, & reconciliandi apostatas, & fugitiuos forma, cap. 55. num. 15. & 16.
Aduentus Domini quando celebrandus,

dus,

dus, & quæ illo tempore ſint obſeruanda, cap.44. n.1. & ſeq.
Agendæ vocabulo quid apud nos ſignificetur, cap.35.num.2.
Agenda quando ſit dicenda in Conuentu per totum annum, & quando non, cap.35.num.3.
Agenda cum nouem lectionibus ſemper dicenda, num. 4. Cum quibus cæremoniis, num.5.
Agenda à feſto omnium Sanctorum vſque ad Septuageſimam, quibus diebus feſtis, & quando ſit dicenda, cap.35. num.6.
Agendam diebus feſtiuis dicere non tenemur à Septuageſima vſque ad feſtum omniũ Sanctorum, niſi quando Præſidens ordinauerit Tricenarium ſequenti poſt feſtum die perſolui, cap.35. n.7. & 8.
Agenda pro recenter mortuo vbi, & quomodo perſoluenda, cap.34.nu.5. Cum quibus orationibus, n.6. quando

do dicenda, num.24.& 25. Quando propter eam Anniuersarium, vel Tricenarium transferendum, n.25.

Agenda quæ dicitur in sepultura Donatorum omnes consuetas habet orationes, & supplet locum Breuis vnius, cap.34.n.43.

Agenda Tricenarij quando in Conuentu reddenda, & quando in priuato, cap.36. num.1. Cum quibus orationibus, num.5.

Alleluia per totum tempus Paschale duplex additur in responsione ad omnes omnium Horarum versiculos, præterquam in responsione communium commemorationum, c.50. num. 13.

Anniuersarium quid sit, cap.37. num.1. Quid pro quolibet Anniuersario dicendum, num.2. Anniuersarij Missa, quando in Conuentu dicenda, nu.2. Quæ sint orationes in Agenda, & Missa Anniuersarij assumendæ, nu.4.

Quando

Quando in priuato Missa Anniuersarij reddenda, num. 5.
Anniuersarium quando sit transferendum, & translata Anniuersaria sub primo occurrente qualiter contineantur, cap.37. num. 3.
Anniuersaria quando sint propter Tricenaria transferenda, c.36.n.12.
Anniuersarium recenter defuncti quomodo, & quo die scribendum, c.34. num. 19.
Anniuersarium priuatum quid sit, & quomodo persoluendum, c.37.n.6.
Anniuersarium perpetuum, vel priuatum nulli extraneo concedatur, sine licentia Capituli generalis, vel R. P. Cartusiæ, cap.43. n.24.
Annunciationis Dominicæ solennitas quomodo celebranda, & quando transferenda, cap.48.n.24.& 25.
Antiphonam in Conuentu intonare qualiter, & cum quibus cæremoniis debeamus, c.14. n.42.

Antipho-

Antiphonæ quænam à choro Cantoris semper sint incipiendæ, c.20. n.14.
Antiphonæ eodem tono sunt resumendæ, c.20. n.15.
Ascensionis solennitas vt sit celebranda, c.52. n.7.
Associationes domorum nostrarũ cum alterius Ordinis Ecclesiis, sine Capituli Generalis, vel R.P. Cartusiæ licentia non fiant, c.43. n.28.
Assumptionis B. Mariæ vigilia & solennitas vt sit celebranda, c.54. n.1.

B

Benedicere mensas quando Sacerdos hebdomadarius debeat, cap. 28. num. 13.
Benedictio mensæ die Cœnæ & Parasceues, vt sit facienda, c.49. n.7.
Benedictio candelarum in die Purificationis qualiter, & cum quibus cæremoniis sit facienda, c.46. n.12.

Benedictio cinerum qualiter facienda die cinerum, c.47. n.10.
Benedictio ramorum Dominica Palmarum. vt sit facienda, c.48.n.16.& 17.
Benefactorum Missa ordinaria quando, & cum quibus orationibus, & à quo sit dicenda, c.38.nu.1.& 2. quæ pro Benefactoribus preces dicantur in Capitulo, num.3.
Benefactorum sancti Stephani officium quando sit denunciandum, & quando reddendum, cap.38.nu.4. qualiter reddendum, c.42. nu.6.
Beneficium pro defunctis perpetuum, hoc est Monachatus, vel Tricenarium, vel Anniuersarium, aut priuatum nulli personæ, quæ de Ordine non sit, conferatur, absque licentia Capituli generalis, vel R.P. cap.43. num.26. nullúsque nostrum inducat aliquem ad hoc petendum, n.24.
Beneficium spiritale ab Ordine impetrare volens, si iam aliud habuerit, debet

debet illud exprimere, c.43.n.30.
Breuis officium quid includit, cap. 40. num. 1.
Breues duo qualibet hebdomada reddendi, inclusis Tricenariis cartæ Capituli, num.2.
Breues cum quibus orationibus reddendi, num.3.
Breuis recenter Defuncti, quomodo scribendus, & mittendus, c.34.n.19.
Breues recenter Defunctorum bis, aut ter ad domos remotiores super annum mittantur, ad domos autem non distantes vltra duas diëtas, si differantur mitti vltra duas noctes, Procurator à vino abstineat donec miserit, cap.40. num.7.
Breues recenter Defunctorum statim, vt denunciati sunt, debent reddi quàm citò, & qui distulerit illos persoluere, dicat orationem specialem pro eis in omnibus Agendis debitis, cap.40. num. 8.

Breuem

Breuem Ordinis habent omnes Monachi, Moniales, Conuersi, & Donati, tam Professi quàm Nouitij per totum Ordinem, cap.43. n.15.

Breuem non habet in ea domo, in quacumque quis habuerit Tricenarium singulare, c.43. n.16.

C

CAntorum chori quod sit officium, cap. 19. per totum. Corrigere debent tardiùs aut festinantiùs cantantes, nu. 1. Quæ debeant inchoare, num.2. Quæ & quando solenniter & ferialiter debeant intonare, num. 3. Tonum temperent sic vt Conuentus sequi possit, nu.6. Quas cæremonias seruare debeant, n.9.

Cantores chori in suo Choro Psalmorum & antiphonarum tonum exaltant, vel deprimunt, provt opus fuerit, cap.19. num.12.

Cantoris

Cantoris Hebdomadarij officium qui exercere debeant, & quomodo, ac cum quibus ceremoniis, cap.20. per totum.

Cantum diſtinctum quæ habeant, & quæ ſimiliter cantentur, c.18. num. 5. & 6.

Cantus delectatio, vocis fractio, & inundatio, & puncti geminatio ſunt à nobis in cantu vitanda, c.18.n.1.

Capituli feſtum, vide feſtum Capituli.

Capituli feſtis poſt Primam quid in Capitulo dicendum, ac legendum, cap.13. num.13.

Capituli generalis officium qualiter reddendum, c.42. n.6.

Caput nudare in officio Horarum canonico quando debeamus, cap.14. num.11. & ſequentibus.

Caput quando in Conuentu tegere debeamus ſub Horis Canonicis, cap.14. num.18. & ſequentibus.

Caputia ex toto veſtimus in Canone, aliàs

aliàs vt facies nostræ appareant, illa tenere debemus, c.15. n.17.
Carta visitationis legenda in festo S. Ioannis Euangelistæ, c.45. n.16.
Cœna Domini, vt sit celebranda, c.49. num.1. & sequentibus.
Cæremoniæ quæ sint in Conuentuali Officio ad Horas Canonicas obseruandæ, cap.14. per totum.
Cæremoniæ in Officio priuatim dicendo seruandæ, cap. 17. per totum. Quando duo plures priuatim officiũ dicunt, quid quilibet eorum solus, vel cum alio dicere habeat, n.7. & 8.
Cæremoniæ in Officio de B. Maria seruandæ, num.11. & sequentibus.
Cæremoniæ in benedictione mensæ, & gratiis in priuato seruandæ, n.17.
Cæremoniæ seruandæ dicendo septem Psalmos, & Litaniam, c.17. n.10.
Cæremoniæ in Missa Conuentuali seruandæ, cap.31. per totum.
Cæremoniæ in Professione Nouitij à

Conuentu seruandæ, cap.31. num.7.
Cæremoniæ in Missis priuatis seruandæ, cap.32. per totum.
Cæremoniæ in Agenda seruandæ, cap. 35. num.5.
Cæremoniæ quæ sunt seruandæ à Cantore chori, vel Hebdomadario, & à Sacerdote, Diacono, & Subdiacono, vide in eorum officiis.
Cinerum die quid agendum, & cineres quomodo dandi, cap. 47. num. 8. & sequentibus.
Circumcisionis Domini solennitas, vt sit celebranda, c.45. n.21.
Cluniacensium officium quando dicendum, & quid pro eo persoluendum, cap.42. num.4. & 5. Pro Abbate Cluniacensi mortuo quid debeatur, num.4.
Colloquium non habetur in die sepulturæ, cap.34. num.35.
Colloquium non habeatur in die Cœnæ, cap.49. num.8.
Comme

Commemorationes communes post Laudes, & Vesperas quæ, & quando sint dicendæ, vel omittendæ, cap. 12. num. 1. & 2.

Commemorationes speciales post Laudes, & Vesperas quando, & de quibus sint faciendæ, cap. 12. n. 3. Quæ antiphonæ, & versiculi sint pro illis assumendi, num. 4. Qui ordo seruandus in specialibus commemorationibus, quando plures simul occurrunt, num. 13. Qualiter orationes commemorationum sint finiendæ, num. 16.

Commemorationes speciales in Missa, quando & quo ordine sint faciendæ, cap. 26. n. 3. & 4.

Commemorationes communes, seu suffragia in Missis conuentualibus quæ & quando sint sumendæ, c. 26. n. 6.

Commemorationes cõmunes in Quadragesima quæ sint in Missis conuentualib. sumendæ, c. 48. n. 5. 6. & 7.

Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum, & Fratrum nostrorum, quando & qualiter facienda, cap. 42. n. 1. & 2.

Communio generalis pro omnib. etiam Sacerdotibus die Natalis Domini, cap. 45. num. 9. & die Paschæ, c. 50. num. 4. & die Pentecostes, c. 53. nu. 1. & in die Cœnæ Domini, c. 49. n. 6.

In Communione generali quæ cæremoniæ sint obseruandæ, c. 27. n. 14.

Compassionis festum vt sit celebrandum, cap. 48. num. 13. & quando propter Annunciationis festum sit transferendum, n. 14.

Completorium quomodo sit recitandum, c. 13. n. 16. Eo dicto non differimus accubare, c. 23. n. 34.

Conuersus quæ post mortem sibi debita habeat suffragia in Ordine, c. 43. num. 8.

Corporis Christi solennitas qualiter sit celebranda, cap. 53. n. 12. Processio solennis

ſolennis in ea fiat, in qua Sacrum Chriſti Corpus deferatur, Ibidem.

Corpus ſacrũ Chriſti per totas octauas Euchariſtiæ ſuper Altare maius omnibus adorandum proponatur, c.53. num. 12.

Credo in Miſſa quando dicendum, vel omittendum, c.26. n.19.

Corrector, vide Emendator.

Cruce ſignare quando, & qualiter nos debeamus, c.14, n.4.5. & 6.

Crux in die Paraſceue qualiter adoranda, cap.49. n.23. & 24.

D

DEdicationis Eccleſiæ ſolennitas, vt ſit celebranda, c.54. n.19.

Dedicatio Eccleſiæ inferioris, ibidem, num. 20.

Dedicationis feſto occurrente feria ſexta, vel Sabbato infra octauas Pentecoſtes, Miſſa de ieiunio dicatur ſine

nota in Conuentu post Missam Dedicationis, c.53. num.4.
Defunctus, vide Mortuus.
Diaconus qualis esse debeat, & quod sit eius officium, cap. 29. per totum. Quando Dominicis diebus cucullam induere debet, & quando aliis festis, n.1.& 2.Ferialibus diebus quando ad Ecclesiā venire debeat,& indui, n.4. Quando & quomodo oblationem præparat,n.5 Quando plures in Missa lectiones dicuntur, vel quando dicitur flectamus genua, vbi stet,& quid agat, num.6. Quomodo à Sacerdote benedictionem petat,num.8. Episcopo præsente, qualiter ei librum Euangelij osculandum præbeat, n.9. Dum Credo dicitur, quid agat, & qualiter Calicem Sacerdoti offerat, num.10.& 12. Ad (Homo factus est) vbi se prosternat, num. 11. Thus quando adoletur quid agat, num.15. Post (Gratias agamus) vsque ad finem

nem Canonis quid faciat, num.14. Pacem quando & quomodo porrigat, 15. Quando communicaturus est, vel quando Hostia sacra mutanda est, quid agat, num.20. Die Communionis generalis qualiter se habeat, num.22. Quando in Conuentu communicet, num.23. Ite Missa est, vel Benedicamus quando, & qualiter cantet, num.27. Quando Missa sine nota in Conuentu dicitur, quid agat, n.29. Cùm vnicus est Diaconus, quis eo impedito, eius vices suppleat, & quando plures sunt Diaconi, quid agant, n.30. Diaconi officium intermittendum quando Missa in Conuentu ex ordine tabulæ contingit Diacono hebdomadario, num.31.

Diaconi officium qui, & quo ordine in Missis Natalis Domini exerceant, cap.45. num.5.

Diaconi officium in die Parasceues quid requirat, c.49. n.22. & sequentibus.

Dominicale Officium qualiter celebrãdum, cap. 6. num.1. Quando fieri debeat, vel quando per commemorationem solam transire, num.3. & sequentibus.

De Dominicis vacantibus ante Septuagesimam, cap.46. n.11.

Dominica Passionis, vt sit celebranda, cap.48. num.11.

Dominica Palmarum quid agendum, cap.48. num.16.

Dominica in octauis Paschæ, cap. 50. num. 16.

Dominicalis Missa super hebdomadam quando dicenda, c.28. n.4.

Donati qualiter sepeliendi, & quid eis post mortem debeatur, c.34.n.43.

E

EGrotus, vide Infirmus.

Emendatoris officium quod sit, cap.81. per totum. Qualiter, & in

quibus

quibus emendare debeat, nu.1. & 2. Eius absentis vicem quis suppleat, num. 3. Tabulam trium lectionum, & responsoriorũ disponere, & lecturam Refectorij ordinare quomodo debeat, num. 4.
Emendatori qui superbè respondent, vel ei non acquieuerit, culpam suam in Capitulo recognoscat, & puniatur, cap. 21. n. 1.
Epiphaniæ Domini solennitas cum suis octauis, vt sit celebranda, c.46.n.1.
Eucharistiæ Sacramentum quomodo infirmo deferendum, & ministrandum, c.33.n.2. & sequentibus.
Eucharistiæ solennitas qualiter celebranda, c.53. n.12.
Exaltationis sanctæ Crucis solennitas, vt sit celebranda, c.54. n.9.
Exire de Ecclesia dum Officium canonicum cantatur, nisi cogente necessitate, non licet, cap.15. num. 10. & exiens non reuersurus, licentiam de-

bet petere, num.11. Exire de Ecclesia finito Officio, Prior primus debet, deinde cæteri antiquitatis ordine, num. 24.

F

FEriale Officium quando & quomodo fieri debeat, cap.7.
Ferialem vſum repetimus prima die poſt octauas Epiphaniæ, cap.46.n.9. & prima die poſt Dominicam Sanctiſſimæ Trinitatis, c.53. n.9.
Feſtum ſolenne qualiter celebrandum, cap.1. num.1.2.3. & 4. Quæ & quot ſint feſta ſolenniter celebranda, n.5.
Feſtum Capituli qualiter ſit celebrandum, cap.2. nu.1.& 2. Quæ & quot ſint feſta Capituli, num.3.
Feſta per Diœceſim celebrata qualiter à nobis celebrari debeant, c.2.n.4.
Feſta duodecim lectionum qualiter celebrentur, cap.3. num.1. quæ & quot ſint

ſint feſta 12. lectionum, n.2.
Feſtum trium lectionum vt celebretur, & quando per ſolam commemorationem tranſeat, cap.5. num.1. & ſequentibus. Quæ feſta trium lectionum Miſſam propriam habeant, cap. 28. num.6.
Feſta ſimul concurrentia, vt ſint celebranda, cap.9. per totum.
Feſta quæ & quando transferri debeãt, cap.8. per totum.
Feſta tranſlata qualiter celebrentur, cap. 8. num.9. & 10.
Flectamus genua quando dicendum, cap.47. num.13.

G

GEnua flectere ad Horas canonicas quando debeamus, c.14.n.3.
Gloria in excelſis quando dicendum, & quando omittendum in Miſſis, cap. 25. num.16.

Hebdo

H

HEbdomadarius Sacerdos, vel Cantor. Vide Sacerdos, & Cantor.

Hebdomadam non inchoatam quando liceat hebdomadario Sacerdoti, Diacono, Subdiacono, Cantori, vel Lectori Refectorij recuperare, cap. 28. num. 16.

Horæ quæ in Ecclesia sunt dicendæ die sepulturæ, c. 34. n. 36. & 37.

Horæ canonicæ cum quibus cæremoniis sunt in Conuentu persoluendæ, cap. 14. per totum. Quibus temporibus dicendæ, cap. 23. num. 3. & sequentibus.

Hospites de mandato Ordinis extra domum suæ professionis hospitantes quæ post mortem suffragia habeant, cap. 43. num. 13.

Hostiæ sacræ quando, & qualiter mutandæ, cap. 27. num. 15.

Iacemus

I

IAcemus in lecto vestiti cilicio, tunicella, cingulo, caligis, & parua cuculla, c.23. n.34.
Ieiunium Ordinis soluitur in die sepulturæ Fratrum, c.34. n.34.
Ieiunia temporalia quando, & qualiter in Aduentu sint seruanda, c.44.n.8. Quando in Quadragesima, cap.48. num.4. Qualiter infra octauas Pentecostes, c.53. n.1.2. & 3. Quando. & qualiter in mense Septembri, cap.54. num.11.
Incensum ponere, seu thurificare in Missa quando, & qualiter Sacerdos debeat. Vide Thurificare.
Inclinare caput modicè, & reuerenter quando debeamus, c.14. n.39.
Inclinare Priori quando, & qualiter debeamus, num.40.
Inclinati, vel accliui super sedilia, seu misericordias manere quando debeamus,

beamus,

beamus, cap. 14. num. 31.

Infirmarij quod sit officium, cap. 22. per totum. Quando exire debeat ad requirendum absentes, n.2. Infirmis exhibeat quidquid potest humanitatis, num. 3. Coquinarium moneat, vt eis prouideat, num. 4. Quando cum eis loqui possit, num.7. Quis suppleat eius vices, & quomodo, num.9. & 10. Lumen ferat infirmo qui solus dicit officium incœpto (Venite) num. 11. quando exire debeat de Ecclesia, ad dicendum Officium cum infirmis, num.6.

Infirmus ab Ecclesia recedens petat licentiam, & signum faciat Infirmario, si eius egete adiutorio, c.22.n.3.

Infirmi qui non possunt dicere Diuinum Officium, non tenentur illud ab alio audire, si tamen requisierint, Prior potest ad eos Infirmarium mittere, c.22. n.5.

Infirmi qui soli possunt dicere Diui-

num

num Officium non impediant infirmarium, c.22. n.8.
Infirmus quando,& quomodo sit inungendus, & communicandus, cap. 33. per totum.
Infirmus post Extremam-Vnctionem à quibus visitandus, c.33.n.10.
Infirmus morti appropinquans, quomodo, ab aliis visitandus, & quibus precibus Deo commendandus, cap. 34. num.1.& 2.
Infirmo defuncto quid statim à præsentibus sit dicendum. c.34. n.3.
Interuallum ante Laudes breue facimus quoties dicimus post Nocturna, (Exultabunt) aliàs numquam facimus, c. 23. n.7.
Intrare Ecclesiam incœpto Officio quando licet, & quando non licet, cap.15. n.1.2.& 3.
Intrare Ecclesiam, vel exire non licet sine necessitate, quando Conuentus super formas, aut ad misericordias inclina

inclinatur, cap.15. num.13.
Inuentionis sanctæ Crucis solennitas, vt sit celebranda, c.52. n.2.& 3.
Inuitatorium in Matutinis quando, & qualiter à Conuentu resumendum, cap.20. num.10.

L

LEctiones Matutinarum quando sint propriæ, & quando ex Bibliis petendæ, c.10. n.1.& 2.
Lectiones in Matutinis à quibus,& quo ordine legi debeant, cap.16. num.1. & sequentibus.Et cum quibus cæremoniis, n.9. & sequentibus.
Lectiones Matutinarum in vigilia Natalis Domini à quibus legendæ, cap. 44. num.13.
Lectiones in Matutinis diei Cœnæ, & duorum sequentiũ dierum, à quibus sint legendæ, c.49. n.9.
Lectiones Agendæ à quibus, & cum quibus

quibus cæremoniis ſint legendæ, cap.35.num.5.
Lectiones in Miſſis ieiuniorum à quibus legendæ, c.30.n.2.
Lectio poſt Nonam in clauſtro cantanda ſicut lectio Refectorij, c.18.n.6.
Lector Refectorij quomodo lectionem inchoare debeat, & Capitulorum numerum exprimere, cap. 21. n.17. 18. & 19.
Lectura Refectorij ab Emẽdatore aſſignãda, iuxta regulas hîc præſcriptas, c.21.n.5. & ſequentibus.
Libri ſacrorum Bibliorũ quibus temporibus ſint in Eccleſia inchoandi, & legendi, & quando eorum terminationes propter feſta occurrentia omiſſæ, vel ſuperfluæ ſunt in Refectorio legendæ, cap.10.num.4.& ſequentibus.
Litaniam legit Sabbato ſancto Paſchæ, & Pentecoſtes iis cui Prior iniunxerit, cap.49. num.34.

M

MAnus noſtras ſimul extra cucullam, vbicumque tenere debemus, niſi ſit aliquid agendum, c.15. num. 18.
Mercenarij quando, à quo, & quomodo ſepeliri debeant, & quid pro eis dici debeat, c.34.n.41. & 42.
Miniſtrans Sacerdoti priuatim Miſſam celebranti qualiter ſe habere debeat, c.32. n.3. & ſequentibus.
Miſſa ſolennior ab Hebdomadario celebranda quæ cenſeatur, quando ſimul plures Miſſæ conuentuales ſunt dicendæ, cap.28. num.10.
Miſſa Dominicalis quando ſuper hebdomadam dicenda, c.28. n.4.
Miſſam propriam quæ feſta triũ lectionum habeant, c.28. n.6.
Miſſæ Præfationem propriam habentes quæ ſint, c.28. n.9.
Miſſa de feſto per Diœceſim celebrato dicatur

dicatur in domibus vicinis vrbibus, hora qua diebus Capituli Missa conuentualis dici debet, c.28. n.7.
Missæ festorum trium lectionum, & vigiliarum quando in priuato redduntur, quæ suffragia habeant, c.32. n.5.
Missa sola vigiliæ dicatur in Conuentu in vigiliis solennitatum, nisi Sabbatum, aut festum duodecim lectionum, vel præsens mortuus occurrat, cap.47. num.6.
Missa de Beata in Sabbato quando, & à quo in Conuentu sit reddenda, cap. 28. num.2.
Missa de Beata omni die in qualibet domo Ordinis dicatur in priuato, nisi quando dicitur in Conuentu, quacumque ex causa, c.32. n.15.
Missa de Beata quando in priuato dicitur, quæ suffragia habeat, c.32. n.6.
Pro Missa qualibet de Beata iniuncta per cartam Capituli singulis Sacerdotibus non celebrantes tenentur

dicere ſeptem Pſalmos cum Litania, cap.43. n.21.

Miſſam in Conuentu quicumque celebrat, Horam immediatè præcedentem, vel ſubſequentem inchoat, exceptis quibuſdam ſolennitatibus, cap.28. n.18.

Miſſæ Conuentuali qui interſunt, ſub Canone, & quando nihil canitur, ne deuotionis quidē libros tractent: ſed meditentur, vel orent, c.31. n.8.

Miſſæ ieiuniorum temporalium Aduētus quas orationes habeant, c.44. n.9.

Miſſæ ieiuniorum Quadrageſimæ quæ ſuffragia recipiant, cap.48. num.5. & ſequentibus.

Miſſa vnica ferialibus diebus Quadrageſimæ in Conuentu dicatur, niſi feſtum 12. lectionum, vel Sabbatum, vel præſens mortuus occurrat, & propterea Miſſæ votiuæ non iniungantur in Conuentu, nec Miſſæ de Spiritu ſancto, aut de Beata ex carta

Capitu-

Capituli, cap. 47. num. 6.
Missæ priuatæ in Quadragesima ferialibus diebus statim post confessiones dicantur, nisi quando sunt duæ Missæ conuentuales, c.23. n.22.
Missæ priuatim quomodo celebrandæ, & qualiter in eis ministrans se habere debeat, c.32. per totum.
Missis priuatis inseruire possunt Conuersi, & famuli, c.32. n.14.
Missæ in triduo Capituli generalis quæ, qualiter, & à quibus, & cum quibus commemorationibus dicendæ, c.51. num.1. & sequentibus.
Missa in electione Prioris quæ, & qualiter dicenda, cap.51.n.7.
Missa in Conuentu, sine nota qualiter, & cum quibus cærẹmoniis sit dicenda, c.53.n.14.
Missa Rogationum qualiter, & à quo dicenda, c.52. n.1.
Missa sine nota in Conuentu dicatur sexta feria, & Sabbato intra octauas

Pentecostes, quando Dedicationis festum in eis occurrit, c.53. n.4.
Missa recenter Defuncti in officio sepulturæ qualiter, & cum quibus orationibus persoluenda, c.34. n.13. Et quando dicenda, n.27.
Missæ in priuato reddendæ propter Missam recenter Defuncti quæ sint, c. 34, n. 28. Et quando duæ Missæ, vel etiam tres sint in Conuentu dicendæ propter recentem defunctum, num.29.& 30.
Missa quælibet in priuato pro Defunctis reddenda dici debet cum officio (Requiem) & cum tractu (De profundis,) c.38. n.5.
Missa pro Defunctis quæ dici debeat cum officio (Respice) ibidem.
Missa' Tricenarij inchoandi quæ sit, quando, & cum quibus orationibus dicatur, cap.36. n.1.& 6.
Missa Tricenarij currentis quæ dicatur, & quando per solam commemorationem

tionem

tionem transeat, c.36. n.2.& 3. cum quibus orationibus dicatur, n.6.

Missa Anniuersarij quas orationes habeat, cap.37. n.4. quando in priuato sit reddenda, n.5.

Missa pro priuato quando,& cum quibus orationibus dicenda, c.37.n.6.

Missa Breuium quando, & cum quibus orationibus,& à quo reddenda, cap. 40. n.3. 10. & 11.

Missa pro prece generali quando, & cum quibus orationibus, & à quo sit dicenda, cap.41. n.2. & 3.

Missæ Monachatuum possunt dici de festo, cum speciali commemoratione pro defuncto, c.39. n.5.

Missæ officiorum Cluniacensis, Benefactorum sancti Stephani, & Capituli generalis, quando, à quibus, & cum quibus orationibus sint persoluendæ, cap.42. n.4.5.& 6.

Monachatus simplex, vel cum psalteriis quid sit,& quid includat, c.39. n.1. & 2.

& 2. pro qualibet quinquagena pſalmorum pro Monachatu debitorum poteſt reddi vna Miſſa, n. 4.
Monachatus plures ſimul occurrentes, ſimul perſoluantur, c.39. n.6
Monachatum habenti per totum Ordinem, Domus ſuæ profeſſionis, ſeu præſidentiæ non debet duplicem Monachatum, c.43. n.17.
Monachatus nulli perſonæ extraneæ concedatur, ſine licentia Capituli generalis, vel Reuerendi Patris, cap. 43. n.24.
Monachus quilibet profeſſus quæ habeat in Ordine poſt obitum ſuffragia, cap.43. n.7.
Monialis quælibet profeſſa, vel conuerſa quæ habeat poſt mortem ſuffragia in Ordine, c.43. n.12.
Morientibus Prioribus, aut aliis perſonis Ordinis in aſcenſu, vel deſcenſu Capituli debetur Agenda vna à qualibet perſona Ordinis, præter alia ſuffragia

ſuffragia eis debita, cap.43. n.14.
Mortui corpus, quomodo ablui, & indui debeat, c.34. n.7. Quando, vbi, & à quibus ſit cuſtodiendum, n.4. Quomodo, & quando ad Eccleſiam deferendum, n.9. 10. & 11. quomodo ſepeliendum, n.15.

N

NAtiuitas, Domini quomodo ſit ſit celebranda, cap.45. num.1. & ſequentibus.
Nouitiis quæ poſt mortem debeantur ſuffragia, & quæ ipſi Nouitij pro ſingulis perſonis Ordinis defunctis perſoluere teneantur, cap.43. n.9.10. & 11.
Nudum Miſſæ officium numquam in Conuentu dicatur, ſed loco eius, Miſſa in priuato reddatur, c.28.n.8.
Numerus minor in pronunciãdo maiorem debet præcedere à duodecimo, vſque ad vigeſimum in numeratione

Capitulorum, & in lectura Kalendarij, cap.21. n.19.

O

OCtauarum triplex differentia, c.4. n.1. Solennes octauæ quæ sint, n.2. Festiuales quæ, n.3. Quæ simplices, n.4.
Octaua Ascensionis qualiter celebranda, & quando anticipanda, cap.52. num.13. & 14.
Octaua dies octauarum festiualium, quando sit anticipanda, c.8. n.11.
Oculos semper & vbique, maximè autem in Ecclesia & Refectorio religiosè continere debemus, c.15. n.17.
Officium canonicum quotuplex sit, cap.1. n.1.
Officij canonici, & de Beata ordinatio ad omnes Horas, c.13. per totum.
Officium Missæ nudum in Conuentu numquam cantetur, cap.28. n.8.
Officium Diuinum cum cantu & nota persolua

persoluatur die ac nocte in domibus, in quibus octo sunt Monachi incluso Priore, cap.18.n.10.
Officium Sacerdotis, Diaconi, Subdiaconi, Cantoris, Emēdatoris, Sacristæ & Infirmarij quod sit. Vide Sacerdos, Diaconus, Subdiaconus, Cantor, Emendator, Sacrista, & Infirmarius.
Officiorum pro Defunctis varia nomina & genera, cap.35. n.1.
Officia duo Missarum pro Defunctis; scilicet, Requiem, & Respice, quando sint alternatim dicenda, c.38.n.5.
Officium pro omnib. Defunctis postridie omnium Sanctorum qualiter persoluendum, c.42. n.1.
Officium Cluniacensium, Benefactorum sancti Sthephani, & Capituli generalis, quando, & quomodo sit persoluendum, c.42. n.4.5.& 6.
Omnium Sanctorum Solennitas, quomodo celebranda, c.54. n.14.
Operibus manuum post Sextam vsque
ad

ad Vesperas vacare licet; c.23.n.14.

Opera manuum qualia esse debeant, & quòd in ipsis ad iaculatorias orationes sit recurrendum, c.23.n.14.

Orationes quæ sint assumendæ ad Sextam & Nonam diebus festis duodecim lectiones habẽtibus, c.3 n.3.& 4.

Orationes (Ecclesiæ & Deus à quo) quomodo, & in quibus Missis dicantur, vel omittantur, cap.26. n.11.

Orationes assuetæ in Agendis & Missis defunctorum quæ sint, c.35. n.7.

Oratio peculiaris & conueniens pro qualitate personarum, quæ sit assumenda in Agendis, Missis, & Officiis Defunctorum, c.40. n.4.5.& 6.

Oratio specialis à Præsidente iniuncta in Agenda vel Missa Defunctorum dicatur ante orationem pro Tricenariis currentibus, cap.36. n.18.

Ordinatio Diuini Officij ad omnes Horas, cap.13. per totum.

Parasce

P

PAraſceue dies, & officium qualiter celebrandum, cap. 49. n.19.
Participationes per totũ Ordinem pro extraneis nulla perſona Ordinis non requiſita poſtulet, cap.43. n.25.
Participationem in ſua domo, & alia beneficia non perpetua qualia ſunt Tricenarium, vel Anniuerſarium pro ſemel, quilibet Prior cum ſui Conuentus conſenſu poteſt cócedere extraneis, qui hoc merentur, c.43. n.27.
Paſchæ ſolennitas qualiter celebranda cum ſuis octauis, c.50. per totum.
Paſſiones quando & cum quibus cæremoniis legendæ, c.48. n.19. & 20.
Pax in Miſſa quando ſit miniſtranda, cap.29. n.17.
Pedum ablutio die Cœnæ quando & qualiter facienda, cap.49. n.12.
Pentecoſtes ſolennitas cum ſuis octauis ut ſit celebranda, cap.53. n.1.

Precem generalem qui, & quando petere possint, & quid pro ea reddatur, cap.41. n.1.

Precem specialem qui, & pro quibus in Conuentu petere possint, quídque pro ea debeatur, c.41. n.4.

Præfationem propriam quæ Missæ votiuæ habeant, cap.28. n.9.

Præfatio quadragesimalis quando dicatur, cap.48. n.9.

Priores mittant, vel portent ad Capitulum nomina apud se defunctorum, exprimendo qualitatem, & officia eorum, cap.43. n.23.

Priores quæ habeant sibi post mortem debita suffragia, & quæ pro aliis ipsi debeant, c.43. n.4.5.& 6.

Priuatum Anniuersarium quid sit, & quando, qualitérque denunciandum, & persoluendum, cap.37. n.6.& 7.

Processio solennis cum candelis fiat die Eucharistiæ, in qũa portetur Sacrum Corpus Christi, c.53. n.12.

Professio

Professio Nouitij cum quibus orationibus,& cæremoniis in Missa sit facienda,c.26. n.22. & c.55. n.19.

Proprietarius in vitio proprietatis defunctus, postquam eius crimen detectum,& legitimè probatum fuerit, omni Ecclesiastico suffragio priuatur, cap.43. n.22.

Prosternere nos quando, & qualiter debeamus in Conuentu, c.14. n.62. & sequentibus.

Prosternimur in omnibus Passionibus postquam dictum est, Expirauit, vel Tradidit spiritum, c.48. n.20.

Psallendi, & cantandi forma quæ seruanda, cap.18. n.2.3.& 4.

Psalmos Pœnitentiales quando, & cum quibus cæremoniis dicere teneamur, cap.48. num.3.

Psalmi Agendæ, & Miserere mei, ad preces Horarum sunt cantandi recto tono sicut canticum (Quicumque vult saluus esse,) cap.18. n.8.

Psalteria pro Monachatib. debita possunt in Missis persolui, dicendo pro qualibet quinquagena Psalmorum vnam Missam de defunctis, vel de viuis cum speciali oratione pro Defuncto, cap.39. n.4.

Pulsandum quando, & qualiter sit ad omnes Horas, tam diebus ferialibus, quàm in festis Capituli, & in Quadragesima, cap.23. n.3. & seq.

Pulsus pro dicendo ter Aue Maria, fiat quotidie post Laudes, cap.23. n.7.& post Primam ferialibus diebus, nu.9. & in meridie, n.18. & ante vel post Completorium, n.33.

Pulsum eleuationis Eucharistiæ in Missa audientes vbicumque sumus qualiter genua flectere, & quid dicere debeamus, cap.31. n.10.

Purificationis solennitas qualiter celebranda, cap.46. n.12.

Rami

R

RAmi quomodo Dominica Palmarum benedicendi, & ſuſcipiendi, cap.48. n.16.& 17.
Recedens ab Eccleſia non reuerſurus, debet annuere ſocio, vt intret ſedem vacantem, c.15. n.7. & debet petere licentiam, n.11.
Refectorij lectura quæ ſit, & à quo aſſignanda, c.21. n.5 & ſequentib.
Reficimur ſimul, quo die quis apud nos Conuentualiter ſepelitur, c.34. n.34.
Reliquiarum ſolennitas vt ſit celebranda, cap.54. n.15.
Reſponſoria poſt lectiones in Matutinis, qui, quo ordine, & cum quibus cæremoniis inchoare & cantare debeant, cap.16. n.18. & 19.
Reſponſoria poſt Matutinarum lectiones, quæ, & quando ſint inchoanda, & quando ſuper hebdomadam dici, vel omitti debeant, c.11. n.1.2. & 3.

Reſponſorium magnum in Veſperis Sabbati quando ſit dicendum, cap. 11. num. 8.

Reſponſorium in Miſſa poſt Epiſtolam quando dicendum, & quando omittendum, cap. 26. n. 13.

Reuerendo Patri defuncto quæ ſuffragia debentur, cap. 43. n. 1.

Rogationum Miſſa, quando, quomodo, & cum quibus orationibus ſit dicenda, cap. 52. n. 1.

S

Sabbato ieiuniorum temporalium Aduentus, Officium Miſſæ quomodo perſoluendum, c. 44. n. 10.

Sabbatum ſanctum Paſchæ quomodo celebrandum, cap. 49. n. 33.

Sacerdos hebdomadarius qualiter in Horis Canonicis ſe gerere debeat, c. 24. n. 1. & ſequentibus. Qualiter, & quando ad Veſperas & Matutinas thurificare debeat, num. 12.

Sacerdotis Missam in Conuentu celebrantis officium, c.25.26.& 27.
Sacerdos celebraturus qualiter ad Missam Dominicis diebus se præparare debeat,& aquam benedicere,cap.25. n.1.2.& 3. Qualiter diebus festis per hebdomadam ante Missam se gerere debeat, n.7. Qualiter ferialibus diebus ad Missam Conuentualem præparare se debeat, n.12.
Sacerdos quamdiu est vestibus Sacerdotalibus indutus, nemini inclinat, & ei inclinatur ab eis, ante vel iuxta quos transit, c.25.n.5.
Sacerdos qualiter confessionem initio Missæ conuentualis facere debeat, & quando (Gloria in excelsis) dicere, cap.25.n.13.& 16.
Sacerdos celebrans quas in Canone cæremonias seruare debeat, cap.27. per totum.
Sacerdos celebraturus Missam Conuentualem, sine nota intra octauas Eu-

chariſtiæ, aut aliàs quando ſe præparare, & quas cæremonias ſeruare debeat, cap. 53. n. 14.

Sacerdos hebdomadarius quas Miſſas celebrare debeat, cap. 28. n. 1. & ſequentibus. Pluribus Miſſis eodem die occurrentibus, quæ ad Hebdomadarium pertinent, quam ex illis dicere debeat, num. 10.

Sacerdos hebdomadarius quando menſas benedicere debeat, cap. 28. n. 13. Die operum communium quas preces dicere, nu. 14. Nullum facit officium per hebdomadam minus Sacerdotio, n. 15. Eo impedito quis ſuppleat eius officium, n. 16. Sacerdos cùm ſolus eſt numquam dicit (Dominus vobiſcum) niſi ante Euangelium, n. 19.

Sacerdotes, qui non poſſunt, in Conuentu celebrare, ſupplent nihilominus Miſſas priuatas, quæ à Sacerdote hebdomadario dici non poſſunt,

cap. 28. num. 17.
Sacerdotes noſtri Ordinis celebrantes in Eccleſiis, quæ non ſunt de Ordine noſtro, ſe conforment cum aliis Sacerdotibus in celebrando Miſſam, cap.32. n.16.
Sacriſtæ officium quod ſit, & quo tempore, qualitérque ad ſingulas Horas pulſare debeat, c.23. per totum. Cereos quando emungere debeat diebus ſolennibus, n.6. Abſentes requirat impedito Infirmario, & Subinfirmario, n. 10. Omnes Horas in Eccleſia dicat, & Agendas Anniuerſariorum, & Tricenariorum, num.36. Cellam non exeat ſine licentia, niſi pro ſui officij neceſſitate, n.37. Lauet veſtimenta Sacerdotalia, n.41. Mundet Eccleſiam, n. 43. Miſſas per tabulam ordinet, n.45. Non permittat vago & ignoto Sacerdoti celebrare, num.50.
Salue regina quando, & cum quibus

orationibus ſit poſt Horas de Beata dicendum, c.13, n.19.& 20.

Sedere ad Horas in Conuentu dicendas, quando debemus, cap.14. n.25. & ſequentibus.

Sedere in Conuentu extraordinariè qui voluerit, licentiam petat, & quando ad vltimum locum transferri debeat, cap.14. n.28.

Sedere ad Horas quæ in priuato dicuntur, quando, & quatenus liceat, cap. 17. num.18.

Sedes, ſeu locus abſentis in Eccleſia quando occupari debeat, cap. 15. num. 6. & 7.

Sepulturæ Officium qualiter peragendum, cap.34. nu.15. & ſequentibus. Ad quem pertineat, n. 23. Die feſto occurrens, vel ferialibus, quando perficiendum, nu.31. & 32. Quæ Horæ propter illud in Eccleſia dicendæ, nu.36. & 37. Pro quibus fiat, & qui apud nos ſepeliri ſoleant, n.38.& 39.

Sepulturis alienis nulla noſtri Ordinis perſona interſit, c.34. n.45.
Sepultus in proprietate defunctus, poſtquam eius crimen detectum fuerit, & probatum, extrahatur, & cœmeterium reconcilietur, c.34.n.22.
Septuageſima vt ſit obſeruanda, quoad Officium Diuinum, cap.47. nu.1. & ſequentibus.
Solenne feſtum quod ſit,& qualiter celebrandum, c.1.nu.2.& ſequentibus. Quæ ſint apud nos ſolēnia feſta,n.5.
Spatium inter primum & ſecundum pulſum Matutinarum quale ſeruari debeat pro tēporū varietate c.23.n.3.
Spatium à pulſu Primæ vſque ad Miſſam Conuentualem diebus ferialibus horam integram contineat,num.9. A Miſſa Conuentuali dicta vſque ad Sextæ pulſum duæ horæ dentur ſpiritualibus exercitiis occupandæ, niſi ex cauſa, num. 12. A Sexta vſque ad Veſperas operibus manuum vacare

licet, n. 13. & 14. A Vesperis vsque ad Completorium spiritualibus exercitiis intendendum, n. 32.

Stare ad Horas Canonicas Conuentuales chorus versus chorum nudatis capitibus quando debeamus, cap. 14. n. 11. & 12. Et quando coopertis capitibus, n. 23. & 24. Stare nudatis capitibus debemus quoties non innitimur sedibus, num. 12. Stare versa ad Altare facie quando debeamus nudatis capitibus, n. 7. & seq. Et quando tectis capitibus, n. 18. & seq.

Sternutationes procuratæ in Diuino Officio vitandæ, c. 15. n. 21.

Subdiaconi officium quod sit, c. 30. n. 1. Quis eius vices suppleat, n. 2. Cùm vnicus est Subdiaconus, vel plures, quid agendum, n. 3.

Subdiaconi officium in tribus Missis Natalis Domini qui debeant exercere, cap. 45. n. 6.

Suffragia, seu commemorationes communes,

munes, quæ, quando, & quo ordine ſint in Miſſis Conuentualibus aſſumenda, c.26. n.6. & ſequentibus.

Suffragia in Miſſis priuatis quæ aſſumenda, c.32. n.5.6.& 7.

Suffragia in Miſſis ieiuniorum Quadrageſimæ, & feſtorum tunc occurrentium quæ ſint aſſumenda, cap.48. num.5. & ſequentibus.

T

TAbulam pro Miſſis ordinandis,& iniungendis Sacriſta habeat, c. 23. num. 45.

Tabulam pro lectoribus trium lectionum in Matutinis Emendator diſponat, c.16. n.4.

Thurificare quando, & qualiter debeat Sacerdos in Veſperis, & Laudibus, c. 24. n. 12. Et qualiter thuribulum Sacerdoti miniſtrans ſe gerere debeat, n.14.

Thurificare in Miſſa quando, & cum

quibus cæremoniis Sacerdos debeat, cap.26. n.15. & 21.

Tibiarum extensio, vel diuaricatio, & cancellatio fugienda in Diuino Officio, c.15. n.21.

Tractus in Missæ Officio quādo dicendus, & quando omittendus, cap.26. nu.14. In Quadragesima quando dicendus, c.48. n.9.

Tractus (De profundis) est in omni Missa de Defunctis priuatim celebranda dicendus, & in omni Missa Conuentuali, præterquam in Missis de Anniuersariis, & pro Benefactoribus, cap.38. n.5.

Transfigurationis solennitas per totum Ordinem seruetur, c.53. n.31.

Transire inter Altare & lectorium, quamdiu ibidem aliquis aliquid legit, non debemus, c.15, n.8. Nec ante eum, qui verso ad Altare vultu solus aliquid cantat vel legit: nec inter formas ante eum, qui antiphonam, vel

vel Psalmum inchoat, nu. 15. Nec ante eum, qui prostratus ad Altare orationem facit, n. 16.

Tricenarium quid & quotuplex sit, cap. 36. n. 1. Quid præter Agendam importet, n. 2. Eius Agenda in Conuentu reddenda, nu. 1. Missa Tricenarij inchoandi quæ sit, & quando dicenda, num. 2.

Tricenarij currentis Missa quando & quomodo reddenda, num. 2. & 6. In qualibet Agenda ex debito dicenda specialis oratio pro tricenariis currentibus dicatur, n. 7.

Tricenaria cartæ Capituli quando inchoanda, c. 36. n. 12. Possunt in crastinum festorum reddi, num. 12. Pro quolibet eorum professi literati non celebrantes debent viginti Psalmos, & pro Tricenariis Kalendarij quinquaginta, n. 11.

Tricenarium Domini Amblardi quando, & cum quibus orationibus persoluen

ſoluendum, cap.36. num.14.
Tricenarium Domini Talaziandi Cardinalis, n.15.
Tricenarium Dominæ Ioannæ reginæ, num. 16.
Tricenarij aſſociatio cõceſſa alicui quid contineat, c.36. n.17.
Tricenarium habent commune, vel ſingulare per cartam Capituli omnes perſonæ Ordinis illo anno defunctæ, cap.43, n.20.
Tricenarium ſingulare alicui cõceſſum per totum Ordinem, non redditur, niſi poſt receptam cartam Capituli in qua deſcribitur, c.36. n.8.
Tricenarium debitum habenti Monachatum, ratione ſuæ profeſſionis, aſſociationis, vel præſidentiæ, debet reddi in Conuentu: ſtatim poſtquam eius obitus eſt denunciatus, cap.43. num.7. & 19.
Tricenarium debitum habenti Monachatum per totum Ordinem non reddi

redditur, nisi post receptam cartam Capituli, præterquam in domibus suæ professionis, associationis, & præsidentiæ, c.43. n.16.& 19.

Tricenarium per totum Ordinem habenti, Domus suæ professionis, associationis, vel præsidentiæ, non debet vltra vnum Tricenarium, c.43.n.17.

Tricenarium perpetuum nulli conceditur; sine licentia R. Patris vel Capituli generalis, c.43. n.26.

Tricenarium alicui concessum, non intelligitur esse singulare, nisi in eius concessione exprimatur (vobis soli,) c.36. n.9.

Trinitatis Sanctissimæ solennitas cum proprio officio celebretur, c.53.n.6.

V

Venias deuotionis quando, & qualiter accipere debeamus, cap.14. num.44.

Veniæ pro defectibus quando sumēdæ, n.55.

num. 55. & ſequentibus.

Venia in Litaniis ſumenda quando pronunciatur ſancta Trinitas, c.49. num. 34.

Venia ſumenda in introitu Miſſæ, feriæ quartæ hebdomadæ ſanctæ, cap.48. num. 23.

Vicarius Sacerdotis hebdomarij quis, & quando vices eius ſupplere debeat, cap.28. n. 16.

Vicarij Monialium quæ poſt mortem habeant ſibi debita ſuffragia, cap.43. num.4.

Vigiliarum inter Matutinas ſpacium quale ſit ſeruandum, cap.23. num.3. & 4.

Vigiliis nimiis abſtinere monemur, & poſt Matutinas ad lectos redire omni tempore debemus, c.23. n.8.

Vigiliam quæ feſta habeant, cap.4. nu. 5.6. & 7.

Vigiliæ ſolam commemorationem in Miſſa habentes quæ ſint, c.26.n.5.

Vigiliæ quando & quomodo anticipandæ, c.28. n.4.
Vigilia Natalis Domini,vt ſit celebranda, c.44. n.13. & ſequentibus.
Vigilia Aſcenſionis Domini vt celebranda, & quando anticipanda, cap. 52. num.4.
Vigilia Pentecoſtes vt ſit celebranda, cap.52. n. 16.
Vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli, c. 53. n.26.
Vigilia S. Ioannis Baptiſtæ, quando propter feſtum Euchariſtiæ anticipanda, cap. 53. n. 15. qualiter celebranda, n.22.
Vigilia Aſſumptionis, c.54. n.1.
Vigilia omnium Sanctorum, c.54.n.14.
Vigilare circa Defuncti corpus qui, & quando debeant, c.34. n.4.
Viſitatores viſitando,aut eundo,vel redeundo morientes, quæ à domibus tunc viſitatis,aut viſitandis ſuffragia habeant, c.43. n.3.

Vnctio

Vnctionis Extremæ Sacramētum qualiter ægroto ministrandum, cap. 33. per totum.

FINIS.

Errata sic corrige.

Pag.	lin.	dele	lege
28	18	13	12
43	vlt.	14	15
61	9	3	13
188	14	28	27
279	21	15	14
500	16	huius	vsus
529	15	reruatur	seruatur.